Tho· i·ij q·vltima·q̄ op⁹ meritoriū hominis dupli^r ɔsiderari p̄t
vno modo scdm q̄ procedit ex libero arbitrio Alio modo scdm
q̄ procedit ex gracia spiritus · s· Si consideretur scdm sub=
stanciam operis et scdm q̄ procedit ex libero arbitrio sic nō p̄t
esse condignitas ꝓpter maximā inequalitatez sed est ibi ɔgrui
tas ꝓpter quandam equalitatem ꝓporcionis videtur enim con
gruum vt homini operanti scdm suam virtutem deus recōpen/
set scdm excellenciam bonitatis sue Si autem loquamur de ope
meritorio scdm q̄ procedit ex gracia spiritus · s· sic est meri
torium vite eterne ex condigno quia tunc valor meriti attendi
tur secundum virtutem spiritus ·s·mouentis nos in vitam eter
nam scdm illud io·iiij·Fiet in eo fons aque salientis in vitaz eter
nam Attenditur eciam precium opis scdm dignitatem gracie
per quam homo consors factus diuine nature adoptatur in filiū
dei cui debetur hereditas ex ipso iure adopcōnis scdm illud apli
Ro·viij·Si filij et heredes Ad primam ergo auctoritatez apo
stoli dicendum q̄ loquitur de passionibꝫ sanctorum scdm eoruz
substanciam Ad auctoritatem et ad dictum glo· respondeo q̄
intelliguntur quantum ad primā causam ꝑueniendi ad vitam
eternā que est miseracio dei Meritum autez nostrū est causa sub
sequens· Ad tercium dicendum q̄ gracia spiritus · s· quam in
presenti habemus et si non sit equalis glorie in actu est tamen
equalis in virtute·sicut est semen arborum in quo est virtus ad
totam arborem Similiter per graciam inhabitat hominē spiri=
tus· s· qui est sufficiens causa vite eterne vnde dicit² pig=
nus hereditatis nostre·ij·Cor·i· Secundo solet dubitari de p̄/
mio vite eterne in difficultate vtrum qui cum maiori difficul=
tate operatur bonum magis mereatur et ampliore dono glorie
remuneretur a deo Et omissis obiectionibꝫ que pro vtraqꝫ ꝑ/
te fieri possent dico cum doc·seraphico Boñ·in libello quodam
qui Apologia pauperum aduersus calumniatorem intitulatur
ab ipso·q̄ triplex ē difficultas Prima ex genere operis sic dif
ficilius est omnia vendere et pauperibus erogare· quam mīmū
aut minutum de suis bonis erogare pauperibns ⁊ difficilius
est pati mortem pro cristo quam absqꝫ ipsa quoscumqꝫ alios

labores Talis difficultas simpliciter auget meitum qꝛ magis
meretur qui maius operatꝰ bonum Et de hac dicit Jheronimꝰ
ad Exupanciū hec verba Nudum cristum nudus sequere duꝝ
grande difficile sed magna sunt premia. Secūda difficultas ad
bene operandum est excircūstancia extrinseca originem trahēs
sicut difficilius est abstinere a cibis ⁊ ieiunare vbi multi sūt cō
uiuantes et comedentes quam in solitudine. Et hꝰ difficultas ꝑ
accidens auget meritum quando scilicet quis tales occasiones
ab abstinencia retrahentes euitare non potest. Sed si quis hu=
iusmodi temptacōnes declinare nolet nō ꝓpterea quia difficī=
lius operatur bonum magis mereretur. Hic iheronimꝰ ad ūsus
Vigilancium qui ei dicebat. Cur pergis ad heremū? Respōdit
Vt te non videam ut te non audiam ut tuo furore non moueat
ut tua bella non paciar. ne me capiat oculus meretricis et pul
cherrima ad illicitos deducat amplexꝰ. Respondebis. Hoc nō
est pugnare sed fugere. Sta in acie aduersarijs armatꝰ obsiste
Fateor imbecillitatem meam. Nolo spe pugnare victorie ne per=
dam aliquando victoriam. si fugerō gladium euitaui. Tercia ē
difficultas ex vicio persone agentis ꝓueniens. Sicut difficilius
est seruare castitatem ei qui diu libidini deseruiuit quā illi qui
continenter vixit. Et talis difficultas meritum non auget. Qd
ieronimꝰ expresse testatur in epistola ad Eustochiū ad quaꝫ sic
scribit. Soror tua Blesilla etate maior sed ꝓposito minor septio
mense post acceptum maritum viduata est. O infelix humana
condicō et futuri nescia. Nam virginitatis coronam et nupcia
rum perdidit voluntatem Et quamquā secundum pudicine gra
dum teneat quas illam existimas per momēta sustinere cruces
spectantem quottidie in sorore qd in se videt amisisse ⁊ cum dif
ficilius expta careat voluptate minorem tamen continencie ha
bere mercedem. hec ille Tercio dubitari solet circa bonū eter
ne vite in superioritate. An supius sit copiosius et affluencius
bonum quibuslibet temporalibꝫ bonis. Et quia de illo diffusius
tractaturi erimus loco suo. ꝓ presenti sufficiat audire sic dicē
tem Greg. in omel'. Si considerem⁹ fratres carissimi que ⁊ quā
ta sunt que vobis promittuntur in celis vilescunt animo omnia
que habentur in terris. Terrena namqꝫ substancia superne feli
citati cōpata pondus est non subsidium. Temporalis vita eter
ne vite cōpata mors est pocius dicenda quā vita Ipse. n. quot/
tidianꝰ defectus corrupcōnis quid est aliud quam quedā ꝓli/
xitas mortis Que autem lingua dr̄e vel quis intellectꝰ capere

sufficit illa superne ciuitatis quāta sint gaudia angelorū cho
ris interesse cum beatissimis spiritibꝫ glorie conditoris assiste/
re presentem dei vultum cernere incircumscriptum lumen vi
dere nullo mortis metu affici incorrupcōnis perpetue munere
letari: hec ille. O vere bonum desiderabile bonum amabile bonū
quietum bonū perfectum bonum ab omī malo sepatum quod
deus piissimus parat laborantibꝫ pro suo amore. O bonum inde
ficiens. Bonum excedens quecūqꝫ temporalia cōmoda queli=
bet huius seculi blandimēta quod negligentes peccatores et
miseri pro momentanea huius temporis breuissimi prosperita
te amittunt. Quid dici potest magis ingratum quā dei iuguꝫ
refugere ad quod sequitur tam copiosa merces: O surdi. O
stulti et tardi corde ad credendum. Non sit vobis difficile ope
rari bonū. non vos terreant actus virtutum. Estote fortes esto
te constantes ad benefaciendum. et audite vocem benigni ihe
su clamantis in euangelio. Mathei. v. capitulo. Merces vestra
copiosa est in celis. Ad quam nos perducat ipse filius dei qui
cum patre et spiritui sancto viuit et regnat per eterna secu/
lorum secula Amen.

Feria secunda post dominicam in septuagesima. De qualita
te condicōnibꝫ seu regula bonorum operum quibꝫ peccato
res scientes quid eos oporteat facere ad penitenciā aī antꝰ

Sermo .ij.

Multi sunt vocati pauci vero electi. Iterum vbi sup̄. Exi
stimaui necessarium esse his qui volunt benefacere sci
re qualiter habeant in bonis operibꝫ regulari. quoniā
dubia et ꝓplexitates que super id possent oriri faciunt quinqꝫ
ignorantes viam domini et salutis ꝓprie accepto ꝓposito bo/
no deficere. Quare in presenti sermone de condicōnibꝫ bonorū
operum dicere statui ut sic nullus excusare se possit. d. nescire
quid sibi esset agendum Declarabimus itaqꝫ que operari bene
volentibꝫ expediat nosce vt ex hoc magis excitetur vnusquis
qꝫ ad opera virtutis amplectenda quoniam ad illa vocat deus
peccatores qui nisi nouerint illorum ordinem de electorum nu
mero esse minime possunt. Idcirco ad tria consideranda de bo
norum operum necessitate et qualitate sermo est extendendꝰ.

Primum dicitur extrinseca operacio.
Secundum exemplaris imitacio.
Tercium caritatiua informacio.

Q ad bene operandum cum facultas adest necessari⁹ est actus extrinsecus nec sufficit intencio sola·

Capitulum ·i·

PRimo considerandum circa regulam necessariaꝫ bonorum operum dicitur extrinseca operacō·Pro cuius declaracōne queritur·Vtrum ad bene operandū necessarius sit actus extrinsecus·Et videtur ꝙ non·Et ꝙ sola intencio bene operandi sufficit ad salutem probatur per sanctorum dicta·Inquit·n·Greg·in omel'·Nunquā vacua est manus a munere cū archa cordis repleta fuerit bona voluntate·Et Bern̄·de hoc ait·Intencō sufficit ad meritum·bona actio requiritur ad exmplū·Et glo·super illud psal·Dixi confitebor aduersum me votum pro operacione iudicatur·Et Augustinus·xiiij·q·v·c·Si quid Deus interrogat cor non manum·Et io·Cryso⁹·xxij·q·v·c·Qui periurare Deus nō ex operibus iudicat sed ex cogitacionibꝫ ⁊ ex corde Et de pe·di·i·c·Si cui·§·sequenti Voluntas renumeratur non opus Et·xv·q·vi·c·Si a sacerdotibꝫ Magis inspector cordis est deus quam operis·Et voluntas ꝓ facto reputatur·sicut patet in capitulo Homicidiorum in capitulo Omnis in capitulo Nūquid in capitulo Noli ī capitulo Homicidium et in capitulo Si propterea·de pe·di·i·His et similibꝫ auctoritatibꝫ quidam inherentes debent nō esse homini expediens vt laboret in actibꝫ extrinsecis bonorum operū sed sufficit habere cor bonum et mentē bene dispositam Sed incōtrariū induci possunt alia dicta sanctorum Ait·n·iaco·ij·c·Fides sine operibꝫ mortua est Et Ambrosius in libro de officijs Non satis est bene velle sed eciam bene facere·nec satis iteruꝫ bene facere nisi id ex fonte bono procedat·hoc est ex bona voluntate proficiscatur·Que verba notātur·lxxxvi·di·in·c·Nō satis Et paulus ad gal'·vi·Dum tempus habemus operemur bonum Et Apoc·xxij·inducitur deus iudex omniū·d·Ecce venio cito et merces mea mecum est dare vnicuiqꝫ secundū opera sua Et Apoc·xiiij·dicitur de bonis·Opera enim illorum secūtur illos Et Mathei·xvi·c·Reddet vnicuiqꝫ secūdū opa sua·Ex q̄bꝫ oībꝫ colligit' ꝙ astringūt' oēs salutē volētes acquirē nō solū ad bn̄ volendū ītrinsecus ꝫ eciā ad bn̄ opandū extrinsecus·Insup̄ pn̄s euāgeliū explicat maīfeste ꝙ opariis tm̄ dn̄s

mercedem tribuandam designat. Pro huius. q. solucione notā
da est sentencia. d. Boñ. d. xl. secundi vbi ait. Q̄ volens opera
ri bonum aut potest in actum extrinsecum aut nō potest. Si nō
potest voluntas reputat' pro facto et intencō bona sufficit ad
eius meritum. quia ut dicitur. ff. de re. iu. l. Impossibiliū. Ad
impossibile nemo tenetur. Et hoc attestatur Greg. in omel'.
supra Math. Estimacionem regnum dei non habet. Tantū va
let quantum habes quantū potes. Si vero quis dicit se velle
operari bonum et potens illud non operatur credens proficere
decipit seipsum. quia talis voluntas semiplena est ⁊ pigra nec
racionem virtutis habet nisi ducatur ad opus. O quot sunt ta
li errore delusi qui cum admonentur ut bene faciant respondere
re solent. Sufficit nobis intencio nostra. Sicut dicit vsurarius
valēs vsuras restituere et non restituens. Sufficit michi inten
cio mea. Scio q̄ bonam habeo voluntatem et tamen illam non
exequuntur in re. Sic faciunt adulteri sic fornicatores. Sic et
alij peccatores quam plurimi. O miserabilem errorē quo fit vt
insensati et stupidi suas infirmitates sanare non curant.

Q̄ volentes bene operari debent sequi cristum in generali. s.
quo ad obseruanciam diuinorum preceptorum ex debito ⁊
consiliorum de consilio.

Capitulum .ij.

Secundum considerandum circa regulā necessariam et
qualitatem bonorum operum dicitur exemplaris imi/
tacō. Vbi dubium non immerito declarādum occurrit
Vtrum scilicet necessarium sit volenti benefacere sequi cristuz
in operibꝫ bonis ea faciendo que ipse fecit Et pro vna par=
te probo q̄ sic per dicta sanctorum. Inquit. n. Petrus. i. cano.
ij. c. Crist⁹ passus est pro nobis vobis relinquēs exemplū vt
sequamini vestigia eius. Et io. i. cano. ij. c. Qui dicit se in cri/
stum credere debet quomodo ille ambulauit et ipse ambulare
Et Aug⁹ in libro de doctrina cristiana. Ex sacramento vnctio
nis cristianorum omniū vocabulum descendit et nomen quod
nomen ille frustra sortitur qui cristum minime imitatur. Et
Greg⁹. in omel'. Qui vestigia cristi dedignantur sequi qua te
meritate superant ad eius claritatis gaudia contuenda perue
nire. Et in capitulo Cum venisset. extra de sacra vnctione. A
cristo cristiani dicunt' tāquā vncti deriuātur ab vncto ut oēs
currāt ī odorē vngētoꝝ illi⁹ cui⁹ nomē oleū ē effusū Et io. viij

cristus ipse dicebat Ego sum lux mundi·Qui sequitur me nō ambulat in tenebris sed habebit lumē vite·Et io·xiij· Exem/plum·n·dedi vobis vt quēadmodū ego feci ita et vos faciatis Ergo per auctoritates predictas concludere possumus homi/nes de necessitate teneri ad seruanda opera cristi·Et sic cū cristus fuerit pauper et multi sint diuites ·cristus virginitatem seruauerit multi sint comugati·crist⁹ per noctes orauerit multi in suis lectulis dormiant·cristus sine calciamentis incesserit multi calciamenta deferant crist⁹ passus fuerit et mortuus in cruce violenta morte atq; terribili ab omnib⁹ derelict⁹ multi moriantur morte naturali inter man⁹ et amplex⁹ carorum· Ergo tales et omnes alij qui vitā suam aliter ducunt quā cri/stus salui esse non possunt·Et ex consequenti sequeret⁹ q; dā/nabitur totus mundus·Et q; nec sancti essent ī paradiso quia nec ipsi fecerunt que fecit crist⁹ Non fuit ad columnā flagellatus Paul⁹ vt xp̄s·Non spinis coronatus Petrus Nō clauis confixus Paulus prim⁹ heremita·Non nudus pendens in cruce inter duos latrones magn⁹ Atomus·Non felle et aceto potatus Jheronim⁹ Non derisus a transeuntib⁹ Augustin⁹ Igitur cum ipsi et alij aliū modum in suis operib⁹ aliāq; regulam tenuerint quā Cristus nō sunt beatitudinē assecuti·si auctoritates ad hanc partē inducte aliter sani⁹ non exponātur ꝛ intelligantur Pro altera parte arguere possumus q; nō sit necessarium ad salutem sequi cristū ihesū neq; teneamur opera eius facere·Et arguo sic Omnis quisq; tantū operari bonum meritoriū potest quantum cōmunicatur ei gracia·Sed nulli cōmunicatur tanta gracia quanta cōmunicata fuit anime cristi·Ergo nullus tenetur imitari cristum quia illud impossibile esset·Ad solucionē huius difficultatis induco dominū Bonaventuram dicentem in Apologia pauperum·Q; in cristo contingit repire triplices actus· Primi respiciunt dignitatez excellencie· Secundi condescensionē misericordie· Tercij informacionem vite prefecte Primi actus respiciunt dignitatem excellencie vt illi in quib⁹ apparet sua potencia sicut opa miraculosa·Vel sapiencia sicut reuelacio secretoꝝ cordis·Vel seueritas iudicij sicut eicere vendentes et ementes de templo ꝛ dura increpacione arguere pontifices·Vel auctoritas officij sicut sacramentū conficere et manus imponere ac relaxare peccata·que omnia cristo conuenient quia ipse erat de⁹ omnipotens erat homo et ex gracia vnionis omnia sciens·erat iudex

Maioris perfectionis in eo conuersacio cum hominibo quam solitudo iohannis in heremo quomã hec et similia proueniebãt ex fonte fue ardentissime caritatis. Nam sicut humanã assumendo naturam in nostris quidem factus est humilis sed in ꝑpriis remansit excelsus. sic ex fũme caritatis dignacione ad actꝰ quosdam nostre ifirmitati et iperfectioni conformes deprimitur et a fũme perfectionis rectitudine non curuatur. et ideo talia opera in ipso perfecta fuerunt. Neqꝫ acceptanda est sentencia falsa illorum qui dicunt. Qꝺ perfectio et iperfectio differũt sicut duo contraria vt rectitudo et distorsio iusticia et peccatum gloria et ignominia vita et mors. Sed bene verum est qꝺ magis differũt sicut magis bonum et minus bonum magis meritoriũ et minus meritorium Ideo nõ vilomodo valet obsequẽcia. virginitas est cõmẽdabilis ergo matrimoniũ vitupabile. virginitas ẽ bona. ergo matrimonium est malum. quia hec duo non differũt sicut bonum et malũ sed sicut bonum et melius. Ideo Augꝰ. in libro de bono coniugali ait. Bonũm erat qꝺ marta faciebat occupata circa misteriũ sanctorum sed melius qꝺ maria eius soror. Bonum fuit anne in coniugali castitate laudamus sed tamen ei bonũ vidue anne ac multomagis Marie virginis antepoñimꝰ. Bonũ erat qꝺ faciebant qui de substancia sua christo et eius discipulis ministrabãt sed melius qꝺ faciebant qui omnẽ substanciam dimiserunt ut christũm expediciꝰ sequerentur. hec ille Tercij actus in christo respiciunt informacionẽ vite perfecte sicut virginitatem et paupertatẽ extremã seruare et similia. In his operibo non tenemur christũ sequi nisi vel in quantũ volumus sicut si voto nos astringeremus ad obseruanciã diuinorũ consiliorum vel in casu quo extrema necessitas expostularet velut si aliquis mortem pateretur ut non negaret christũ. Ideirco mali iudices fuit qui ex operibo pfectionis in christo aut sanctis eius consideratis eos lacerant in ꝗbus talia opa oĩno relucent. Si. n. vident sacerdotem aut clericum vestes sibi conuenientes ferentẽ protinus fufurrantes illum redarguunt et dicunt. Non sic fecit christus. Si vident prelatũ secundum sui gradus dignitatẽ honorata familia associatum protinus asserunt. Non fecit sic christus nec petrus. Si vident religiosum apposita sibi cibaria licet quinqꝫ delicata nec contra sue regule aut statutorum suorum prohibicionem comedentem seu vestimenta sibi concessa habentem aut equitantem interueniente legitima causã statim clamant. Non sic fecit dominicus non benedictus non demqꝫ ipse franciscus.

Temerarios reprehensio

Reputant ex his malos et damnãtos prelatos clericos religi
osos temporales dominos ciues nobiles et artifices omnes qui
non faciunt que cristus fecit et sancti. O rudes intellectus O ari
da ingenia. O temerarium damnabileq; iudicium quod diui ie
ronimi verbis confunditur. Inquit. n. ipse ad demet' . v. scri=
bens. Prohibentur mala precipiuntur bona oceduntur media
suadentur perfecta. In duobo primis omne peccatum occludit
reliqua vero in nostra posita sunt potestate ut aut vtamur con
cessis ac licitis aut ob maius premium ea q̃ nobis permissa sũt
respuamus. hec ille Dicendum igitur q; tenemur sequi cristum
in generali non in particulari. i. ut benefaciamus seruantes mã
data dei. Quod ipse docuit quando adolescentulo cum interro
ganti et dicenti. Magister bone quid bom faciam ut habeã vi/
tam eternam! Respondit Si vis ad vitam ingredi serua mãda
ta. Ideo in quolibet statu volentes seruare dei mandata potẽt
obtinere vitam eternam. Hoc dico de regibus hoc de princi
bus hoc de militibus hoc de mercatoribo hoc de religiosis hoc d̃
secularibus hoc de virginibo hoc de coniugatis hoc de ommbo
demq; mundi hominibus.

Q; semper homo debet bñfacere eciam si sit extra caritatem ꝛ
de vtilitatibo bonoꝝ q̃ sũt in peccato mortali.

Capitulum .iij.

Tercium considerandum circa regulam necessariam et q̃
litatem bonorum operum dicitur caritatiua informacio
Solent. n. quidam trepidare et in seipsis nõ confidentes
quia faciles se cognoscunt ad ruendum in peccata ne benefaciẽ
do laborem et tempus amittant. Pro quibo in hac vltima par=
te disputandũ est. Vtrum bona facta in mortali peccato sint ali/
cuius valoris. Et arguí posset q; non. Primo ex verbo. Gre. in
omel'. Nec habet aliquid viriditatis ramꝰ bom operis si nõ mã
serit in radice caritatis. Secundo quia apostolus ait. ij. cor. xiij.
Si linguis hominum loquar et angelorum caritatem autem nõ
habeam factus sum velut es sonans aut cimbalum tiniens. Et si
habuero humero prophẽciam et nouerim misteria omnia et omnẽ scien
ciam et si habuero omnem fidem ita vt montes transferam cari
tatem autem non humero michil sum. Et si distribuero m cibos
pauperum omnes facultates meas. et si tradidero corpus meuꝫ
ita vt ardeam caritatem autem non humero michil michi pro=
dest Et ad idẽ ẽ text9. i. q. i. c Vide. ꝛ i. c. Teneam9. ꝛ ẽ tritũ vl
tatũq; dictũ. Opa ī peccato mortali facta ad michil esse ꝓficua

et erat sacerdos. In huiusmodi operibus velle sequi cristū fatuū esset et temerariū nisi ab ipso qs vel ab aliq° a xpo auctoritatē habente ad talia exequēda foret deputat9 Vnde si quis diceret Volo miracula facere quia sic cristus fecit presumtuosus censendus esset nisi ab ipso ihesu cristo potestatem hanc accepisset sicut apostoli de quibus dicitur Mathei .xx. Conuocatis ihesus duodecim discipulis suis dedit illis potestatem spirituū immundoz ut eicerent eos .ut curarent oñem languorem 7 omnem infirmitatē .Similiter non liceret alicui reuelare secreta cordium et futura contingencia que nesciret q: et si cristus id egit sciebat illa .Nec recte faceret si quis conficere vellet sacramentum quia et cristus id egit nisi ad hoc ordinatus esset vel a cristo sicut apostoli vel ab alijs quos cristus designauit et deputauit .Vnde vt breuiter dicam .Cristus non est sequendus in operibus excellencie et dignitatis nisi prout ē tactū .Secundi actus in cristo respiciunt cōdescensionū misericordie ut nupcijs interesse inter hoies familiariter conuersari in domo plēi magdalene et marthe mathei publicani et zachei publicanoz um pncipis comedere et bibere cibaria et pocula cōmuna que sibi dabantur tunicam inconsutilem non hispidam rudemq; deferre et huiusmodi que omnia facere voluit non ut sensualitati pareret cuius in eo nulla contradictio inueniebatur non vt voluptati deseruiret corpusq; suum nutriret in delicijs qui pro nobis omnibus pati venerat sed vt in talibus exemplis condescenderet imperfectis .Quoniam si omnes act9 eius quantum ad apparenciam extitissent perfecti facile potuissent hereticī asseuerare passim et indistincte ad perfectionis opera omnes teneri sicq; damnassent coniugium damnassent ciuilem vitam damnassēt temporales dignitates damnassēt artificum officia damnassēt possidentes diuicias damnassēt demq; omnes qui perfectionis vitam non obseruarent Veruntamen aduertendum est q; licet actus imperfectionis qui fuere in cristo viderentur imperfecti quantum ad apparenciam erant tamen perfecti perfectionis actus quantum ad existenciam .quoniam sicut bonum dicitur tripliciter et malum tripliciter et pfectum tripliciter ita et imperfectum dicitur tripliciter .Primo bonum dicitur tripliciter. q: est bonum ex genere sicut act9 transiens super debitam materiam vt ire ad ecclesiam ieunare orare et similia .Est bonum ex circumstancia sicut actus circumstancijs debitis informatus ut occidere hoiez q: lex ita iubet Est 7 bonū scōm se q; nullo modo

potest fieri male sicut diligere deum ex caritate. Secundo malū dicitur tripliciter. Primo est aliquid malū ex genere ut actus transiens super materiā indebitam ut occidere hominem. Est et malū ex circumstancia sicut dare elemosinā diuiti pauperibus fame perire permissus et ieiunare per inanem gloriaz. Est eciā malum secundum se ꝙ nullo modo potest fieri bene sicut odire deum et de facto mortaliter peccare. Tercio perfectum dicitur tripliciter. Est .n. quoddam perfectū ex genere vt actus difficilis et excellens sicut omnia relinquere et religionē intrare. Est quoddam perfectum ex circumstancia sicut est actus debitis circumstancie perfectionibus informatus sicut fugere mortē non ex infirmitate et timore sed pro meliori bono siue quantum ad deum siue quantum ad proximū. Est quoddā perfectum secundum se sicut inter blandicias et vana promissa acerbitatemqꝫ penarum forti et leto animo mortē subire pro cristo. Quarto imperfectū dicitur tripliciter. Est quoddā īperfectum ex genere ut est actus facilis ad quē humana infirmitas cōmuniter inclinatur vt possidere pecuniā habere vxorē secundum suum statū vti vestibus delicatis et similia. Est quoddā īperfectum ex circumstancia sicut dimittere vestem illā violenter accipienti ꝓpter fugam maioris iniurie. Est et quoddā īperfectū secundum se ꝙ nullo modo potest stare cū euangelica perfectōne sicut fugere paupertatem. Bonū ergo secundum se nullo modo potest esse malum et econuerso neqꝫ perfectū secundum se potest esse īperfectum et econuerso. Sed bene bonum ex genere potest esse malū ex circumstancia sicut si aliquis iret ad ecclesiaz vel faceret ecclesiā vt placeret hominibus et non deo. Et malū ex genere potest esse bonum ex circumstancia sicut si iudex maleficos iuxta legum sanctiōes occideret Ita eciam perfectū ex genere potest esse īperfectum ex circumstancia sicut intrare religionē causa alicuius cōmodi temporalis consequendi. Imperfectum adhuc ex genere potest perfectū fieri ex circumstancia sicut facere aliquod opus ad debitum finē caritatis ordinatū ex radice intime caritatis procedens sicut declinare mortē non propter timorē sed ꝓpt' maius bonū et magis necessariū quēadmodum paulus fecit qñ euitauit eciā fugiens furorē iudeorū et a fr̄ibꝫ per murū submissus fuit ī sporta Hoc mō xp̄s bn̄dictꝰ om̄ia ꝑfectissime fecit ⁊ om̄s actꝰ illiꝰ ī q̄bꝫ apparet aliq̄ īꝑfectio ꝑfectissimi erāt ex c̄cūstācia caitatis sue Quo fit ut maioris ꝑfectōis fuerit ī ip̄o cibꝫ et potꝰ q̄ ī iohāne baptista illorū abstinencia

temporaliter flagellari. Sed ꝓpter bona que faciunt deꝰ tempo
ralis pene mittigat seueritatē. q̄ putamꝰ esse sodomitas vsu=
rarios et sacrilegos homicidas periuros plasphemos et scelera
tissimos homines quos nisi seruarent bona que faciunt extermi
naret de terra potentissimus deꝰ ꝫ eos suffert eos tolerat eisq̄
que mala in presenti vita mererentur suspendit. Ideo quanto=
magis quis voluntatem suam sentit ad penitenciam minus di=
spositā tantomagis conari debet facere aliqd̄ bonū vt sic saltē
vitare possit terribilia iudicia dei Quarta vtilitas dicitꝫ aug
mentacōnis. Adauget siquidē deus his qui ī peccato mortali
aliqua sua precepta seruare contendūt temporalia bona quibꝫ
dat salubrem aerem fertiles agros armenta fecunda vberes
fructus letam familiam amicorum copiam sanitatis leticiā ho=
noris excellenciam et alia similia. Propterea dicit deꝰ peccato/
ribꝫ omnibꝫ illud Isaie. i. Si volueritis. s. adhuc ī peccato existē
tes benefacere et audieritis me bona terre comedetis Quinta
vtilitas dicitur liberacōnis. Liberat profecto bonū a peccatoribꝫ
opatum a potestate dyabolica. Quanto. n. quis magis peccatis
habundat tanto maiorem auctoritatem sumit dyabolus contra
eum et secundum multitudinem peccatorum ita iusto dei iudicō
permittitꝫ vexare et molestare malos animam et corpꝰ sil' quā
doq̄ ledendo. Sed cum inter tot peccata interseritur aliqd̄ opꝰ
bonum piissimus deus restringit audaciam eius. tamquā mag/
na est opis boni vis eciam ī peccatoribꝫ vt nō solum dyabolo re
sistere sed illum vincere valeat et expugnare. Est de hoc exem
plum Greg. ī dyal'. li. de iudeo illo non baptizato qui nocturno
tempore existens sub quodā antiquo tecto et in heremo sito ido
lis consecrato signo crucis tantum cōmunitus demones om̄es
qui ibidem conuenerant terruit atq̄ fugauit. cui demōes ipsi
ꝓpter signum crucis tantum nullam molestiam inferre potue=
runt Sexta vtilitas dicitur disposicō. Valet adhuc bonū factū
a peccatoribꝫ vt magis dispositi sint ad suscipiendam graciā dī
vocantis ad eos illustrantis ad penitenciam. Vnde de eo qui non
est paratus peccata dimittere. Greg. ait de pe. di. v. ī. c. Falsas
Nec tamen desperet et interim quicquid boni poterit facē hor/
tamur vt faciat vt om̄ipotens deus cor illius illustret ad pe=
nitenciam. Hīc Alex. in. iiij. volumine sūme consulit his qui nō
sunt parati sua peccata relinquere ut semel in anno scd̄m eccle
sie statutum sacerdoti se representent eiq̄ dicant. Ora pro me
ad deum pater quia tale peccatū habeo qd̄ dimittere nō ꝓpono

Ex hoc inquit ipse possibile esset vt qui credebat ꝓpositū ma-
lum mutare non posse tantam a deo assequatur graciam ut mu
tetur m alterum virum et de non contrito fiat contritus· Sic ꝛ
Ric·m·iij·di·xx·cum querit· An valeant existentibꝫ in mortali
indulgencie sacre et relaxacōnes quas facit ecclesia Respondit
q̄ quāuis non possit fieri remissio pene manente culpa et ex cō
sequenti existentes m mortali indulgenciam non consequantur
tamen si faciunt illud quod continetur in forma indulgencie pru
denter faciunt quia bona facta in mortali peccato peccatorē de
congruo disponunt ad penitenciam et illa mediante ad suscep
cionem gracie et remissionis peccatorum per diuinam miseꝛ/
diam·hec·Ric·Et quod ipse doctissime loquitur·Marie egipci
ace peccatricis exemplum roborat et confirmat·Que ex alexan/
dria vbi·xvij·annis libidini publice deseruierat discessit vt iret
ierosolimam cum his qui ibant ad adorandum crucem xp̄i non
eo ꝓposito ut a turpitudine sua desisteret sed tantum vt modi
cum illud bonum ipsa cum alijs oparetur·In itinere nauigādo
nautis suū corpꝰ prostituit·Cum tādem ierosolimā aduenisset
terq̄ temptans ingredi templum et tāquam meretrix repulsā
passa a domino tacta se conuertit ad lacrimas peccata deflere
cepit que iam cognoscebat illa abhorrebat illa detestabatur
illa amplus non prosequi confirmabat clamabat ad dominuꝫ
Miserere mei quia peccaui nimis·Clamabat ad virginem ma
trem·Succurre et tu michi clementissima genetrix dei·Ecce iā
tercio ingredi volui ecclesiam vt adorarem crucem filij tui in
qua pependit pro me peccatrice et vilit' ut mereor eiecta sum·
Succurre tu michi o fons pietatis·o misericordie speculum Et
audiuit vocem de celo dicentem sibi·Si trāsieris iordanem sal-
ua eris·Qua voce confortata iterum ad ecclesiaꝫ accessit ac eā
libere intrauit absq̄ contradictione et cum lacrimis ꝛ cōpunc
cione cordis deosculata cruce foras prodijt affuitq̄ illi psona
quedam venerabilis tot nūmos illi afferens quot ad tres panes
ementos sufficere potuere·Quibus emptis deserta trans ior/
danē petijt·Ibi·xvij·annis oracioni contemplacioni et deuocōi
insistens tres tantum illos panes consumpsit·Multiplicabantꝫ
siquidem ex miraculo dei ita q̄ toto illo tempore illam cibarūt
Ibi eciam·xvij·alijs annis supuixit sine cibo et potu gracia dei ꝛ
cibo celesti recreata·Ibi abbatem Zosimā deserta pcurrentē
spiritu prophetico nouit nomine proprio eū vocauit bñdictōeꝫ
ab eo petijt et vitam suā illi reuelauit postulauitq̄ ut sancto

Sed in oppositum est auctoritas. Aug⁹. in li. de libero arbitrio.
d. Nullum malum ipunitum nullum bonum irremuneratū. Pro
huius dubij declaracione tria sunt videnda. Primū quādiu di=
citur quis extra caritatem esse in statu peccati. Secunduz quid
est bonum in caritate factum esse meritorium vite eterne. Ter=
cium an illi qui sunt in statu peccati adhortandi sint vt benefa/
ciant Primum videndum quādiu dicatur quis esse in statu pec
cati et extra caritatem. Et in hoc non pauci solēt grauiter erra
re tenentes q̄ post peccatum mortale cōmissum vsqz ad cōfessi
onem sequentem semper homo peccator sit extra caritatem. Sz
ego dico q̄ post peccatum mortale vsqz ad contricionez sequē
tem homo est in statu peccati. ita q̄ si vnus nunc peccet et hic
ad vnam horam vel ad vnam diem vel ad vnum annum vel ad
plures non conteratur quādiu non conterit⁹ semp est extra gra
ciam et caritatem et bona per eum facta in peccato fieri dn̄r. Si
quis vero post mortale cōmissum statim aut paululū post esset
contritus et a contricōne vsqz ad confessionem sequentem vel
vsqz ad aliquod aliud peccatum mortale p eum nouiter ꝓpetra
tum bona aliqua faceret illa essent facta in caritate. Qualit' au
tem p contricionem anima iustificetur et quare confessio vltra
illam sit necessaria plenius dicet⁹ ī sequentibꝫ Secundum vi
dendum est quid est bonum in caritate factum esse meritorium
eterne vite. Et dico q̄ cū ī beatitudine sanctorū detur gradus
quia non omnes equaliter illam ꝑcipiunt quanto plura quis ī
caritate opatur bona tanto plures illius beatitudinis grad⁹ me
retur Vtputa si aliquis opatur decem bona in caritate pos/
sibile est ipsuz ī beatitudine sublimari ad equalitatē angelorū
Si idē supadderet alia decē bona posset eq̄ri gl'ie archāgelorꝫ
Et quantomagis in bono ꝓficeret ⁊ bonis bona adderet tāto
alci⁹ ꝯscēderet ad alciorē beatitudinis statū. De illo g̊ q̄ in pec
cato mortali opatur bonum dico q̄ nichil meretur d̄ condigno
quantum ad meritum vite eterne. Vnde posito q̄ aliquis in sta
tu peccati opatus esset tot bona q̄ omnes sancti simul si ad pe/
nitenciam rediens ꝓpter illa moriatur ī statu salutis nichilomi/
nus ex operibus illis nullum gradum beatitudinis obtinebit Et
licet in statu peccati fecerit illa bona que fecerunt illi qui me
ruerunt esse cum angelis aut illi qui meruerunt esse cuz archā
gelis aut illi qui meruerunt esse cum virtutibꝫ dominacionibꝫ
principatibꝫ potestatibꝫ tronis cherubin et seraphin tn̄ ꝓpter
illa tal' nō merebit⁹ esse eciam in īfimo āgelorꝫ loco ⁊ ordine

Opa facto in pcto mortali Quid?

Et hoc modo bonum in peccato mōtali factū dicitur michil esse michilq; prodesse. ſ. quo ad meritum eterne vite. Terciū vi-
dendum an illi qui sunt in statu peccati mortalis mouendi sint et adhortandi vt bene opent⁹ et bene faciant. Et dico q; sic dū modo opentur bona animo et intencōne honorādi deum eiq; ac
eius ecclesie obediendi quia talia bona semper vtilia sunt semp
q; fructuosa nec patitur deus liberalissimus manem esse laborē quorūcūq; opancium bene quunimo ut patet ī sermone p̄cedēti
ca. ij. ipse est qui obstinatos ⁊ duros sua gracia gratis data mo
net vt velit et opentur bonum. A deo est a deo o peccatores ne
quissimi. Si quando vobis firmantibo mentē m aliquo vestro de
licto de quo emendari non vultis veniat in corde vt faciatis ali
quod bonū ut ieunetis ut oretis ut visitetis ecclesias ut elemo
sinas pauperibo erogetis et similia. Audite vocē dei et facite q;
imittit in animo vestro. Non laborabitis eciam in peccato bene
faciēdo absq; mercede. Et vt id clarius videatur ommbo assig
nabo nouem vtilitates que ꝓueniunt ex bono facto in mortali
peccato que ponuntur ab Alex. de ales m. iiij. volumine summe
Prima dicitur delectacōnis. Secunda satisfactionis. Tercia di-
minucōnis. Quarta augmentacōnis. Quinta liberacōnis. Sexta
dispoſicōnis. Septima cōtinuacōnis. Octaua aleuiacōnis. Nona
glorificacōnis. Prima vtilitas que prouenit ex bono facto in
peccato mortali dicitur delectacōnis. Valet namq; tale bonum
ad delectacōnem et iocunditatem mentis. Hinc Ari. ait in. iiij.
ethi. Nullus est qui non gaudeat bonis operacionibo. Et in. ij.
rethi. Benefacere et bene pati delectabilissimū est secundū na
turam. Et. ix. ethi. Bona operacio studiosa delectabilis est sēm
se ipsam. Et tulius in li. de senectute. Conscīēcia bene acte vite
multorumq; benefactorū recordacō iocundissima est. Secūda
vtilitas prouemiens ex bono q; fit in peccato mortali dicitur sa-
tisfactio. Per illud quidem satisfit preceptis dei et ecclesie et
inobediencie peccatum vitatur. Nam si quis in peccato mortali
existens tenetur officiū diuinum dīe si illud omittit mortalit
peccat si vero illud persoluit satisfacit precepto. Sicut eciam si
laicus obligatur diebo festiuus audire missam licet in peccato
sit si illam ex contemptu omittat aliud peccatum mōtale meut
rit. Si vero audiat preceptum impleuit et sic de reliquis est di
cendum. Tercia vtilitas dicitur diminucō. Valet bonū in pec-
cato mortali factum ad diminucionē temporalis pene. Merent⁹
siquidē; peccatores quandoq; non solum puniri eternaliter sed

Q; lex illa pro illo tẽpore bona erat et optima licet ipfecta fit re ſpectu tẽporis euangelij et legis gr̃e. Q; autẽ fuerit a bono deo probatur triplicit̃er. Primo ex moyſi ſanctitate Secundo ex cri ſti auctoritate. Tercio ex legis bonitate. Primo probatur ex moyſi ſanctitate. Ipſe equidem legiſlator ſanctiſſimus ⁊ amicꝰ dei fuit amator veritatis et iuſticie ſanctior. Nũma põpilio qui ſecundum plitorum. vi. ethimol'. leges dedit romanis et Foro neo qui grecis et Mercurio thermegiſto qui egipcijs et ipſo Ligurgo qui leges tulit lacedemonijs de quibꝰ oĩibus eſt. c. Moyſes. di. viij. decretorum. De ſanctitate vero moyſi loquitur ſapiens ecc̃. xlv. cum de eo dicit. Dilectus deo et hominibꝰ cuiꝰ memoria in benedictione eſt. Similem illum fecit in gloria ſanc torum et magnificauit eum in timore inimicorũ et i verbis ſuis mõſtra placauit. Glorificauit eum in conſpectu regum et vnxit illum coram populo ſuo et oſtendit illi gloriam ſuam. In fide ⁊ lemitate ipſius ſanctum fecit illum et elegit eum ex oĩi carne. Audiuit. n. vocem ipſius et induxit illũ in nube. Et dedit illi cor ad precepta et lege vite et diſcipline Et numeri. xij. c. de eo dr Erat moyſes vir mitiſſimus ſuper oĩes homines qui morabantur in terra. Et exo. xxxiiij. recitatur hiſtoria qualiter moyſes ieiunando xl. dies et. xl. noctes legem accepit a domino. Et actum. vij. Stephanus leuita accuſantibꝰ eum quaſi male ſenſiſſet de lege et de moyſe reſpondebat. d. Moyſes fuit grãtus deo et eruditus in omni ſapiencia egipciorum potens i verbo et i ope/ribus ſuis. Et j. Hic eſt moyſes de quo dixit deus filijs iſrahel. Prophetam vobis ſuſcitabit de fratribꝰ veſtris tanquã meipſũ audietis. Et j. Accepiſtis legem in diſpoſicione angelorum. Et gal'. iij. apoſtolus inquit Lex data eſt per angelos in manu mediatoris. Secundo probatur q; lex moyſi a bono deo fuerit data ex criſti auctoritate. Nam mathꝫ. v. dixit. Non veni ſoluere legem ſed adimplere. Si igitur fuiſſet lex a principe tenebrarum non impleuiſſet eam. Et luc̃. ij. dicitur. Poſtquam impleti ſunt dies purgacõnis marie ſecundum legem moyſi tulerunt illum in hieruſalẽ vt ſiſterent eum domino ſicut ſcriptũ eſt in lege domini. Et luc̃. xvi. Habent moyſen ⁊ prophetas audiant illos Et luc̃. vltimo. c. Neceſſe eſt impleri omnia que ſcripta ſunt in lege moyſi et prophetis et pſalmis de me. Et apoſtoli ſcientes voluntatẽ criſti de lege moyſi eis predicata illã cõmendarunt Vñ paulus ad ro. vij. ait. Lex quidem ſancta et mandatum ſanctuz eſt. Et. i. tim̃. i. Scimus autem qua bona eſt lex ſi quis ea iuſte

vtatur. Tercō ꝓbatur ꝙ lex fuerit bona ex legis bonitate quia lex illa homines ordinabat ad bonū illud precipiendo et maluz prohibendo. Non enī dyabolus legem tulisset per quā homines fierent boni et dyabolꝰ ipse esset confundendꝰ Secundum dubium declarandū erat. Vtrum lex moysi sit a nobis conuenient' obseruata. Et videtur ꝙ non quia nos illius legis sumꝰ manifestissimi violatores. Nam in lege illa multa dantur precepta que non obseruantur a nobis vtputa preceptū d' sanctificacōe sabbati exo. xx. De celebracōne senophegie pasce pentecostes ⁊ de esu agni pascalis. de lapidacōne filij inobedientis mulieris adultere et violantis sabbatum ac de alijs omnibꝫ de quibꝫ habetur in li. leuit. numeroꝝ et exodi in pluribꝫ capitulis. Si lex illa bona erat et cristus illam impleuit ea faciens que et iudei faciunt perseueranter quō possunt ea cristiani dimittere absqꝫ peccato? Ad hanc difficultatē ego respondeo secundū Alex. de ales ī. iij. volumine sūme. et Tho. i. ij. q. lxxxxviij. Q̄ ī lege moysi tria erant genera preceptoꝝ Judicialiū Cerimonialiū Moralium. Primo in lege illa erant precepta iudicialia quibꝫ plectebantur delinquentes et puniebantur rei. Sed seueritas taliuz preceptoꝝ finem habuit in aduentu ihesu cristi redemptoris per quem facta est pax inter deum et homines peccatores. Ex hoc inquit Jheronimꝰ ad Damasū papam de filio prodigo Lex quippe iusticie tenax clemenciā non habebat sed quicunqꝫ adulter fraudator homicida et ut breuiter dicam mortali crimine detinebatur nulla venia penitencie laxabatur a crimine oculuz pro oculo dentē pro dente animaz pro anima iubebat' exoluere Sed misit deus filiū suum natū ex muliere factum sub lege q̄ austeritatem legis euangelij gracia temperauit. Vnde apostolus ecclesiis scribens. Gracia inquit vobis ⁊ pax a deo pr̄e ⁊ dominꝰ ihesu cristo gracia que non ex merito retributa est sed ex donante concessa. Pax vero qua deo reconciliati sumꝰ habentes propiciatorem dominū nostrū ihesū cristū et ipse est ꝓpiciacio pro peccatis nostris. hec ille Ideo dicendū ꝙ per cristū dominū liberati sumꝰ ab onere iudicialiū preceptorum et a timore penarum legis que non obligabat quantū ad hoc nisi vsqueq° cristus venisset qui adultere dixit Johannis. viij. c. Nec ego te condemnabo Vade et amplius noli peccare. Secundo ī lege erāt precepta cerimonialia de quibꝫ scribitur exo. xviij. c. Esto populo in his que ad deum sunt ostendesqꝫ ei cerimonias et ritum colendi. hꝰ precepta continebant omnia ad dei cultū ꝑtinencia

dominice resurrectionis die ad ripam iordanis sanctissimum sacramentum dominici ferret ibique illam expectaret Distabat locus ille a iordanis flumine p dietas ·xxx· Recessit Zosimas fecitq; que· Maria humiliter petierat· et ipsa die pasce stans in ripa iordanis vidit eam venientem et facto crucis signo super aquā siccis pedibus ambulantem· Et cum peruenisset ad eum reuerentissime cōmunione susceptā per eandem viam rediit ad locum vnde recesserat· Eadem enim die per angelos deportata fuit p omne spacium illud quo distabat locus ad quem rediit a iordane ·Sequenti vero anno ad locum illuz Zosimas peruenit vidit q; in terram Mariam iacentē corpusq; eius examine ad caput vero scripturaz quādā dicentem Sepeli Zosima marie corpusculum que die pasce qua a te sacramentū venerabile suscepit migrauit ad dominum ·Intellexitq; q; non nisi angeli portauerāt eam quando per ·xxx· dietas vna die iter p fecit· Et cū ō sepultura eius sollicitus Zosimas cogitaret nec haberet moduz effodiendi terram vidit leonem verocissimum ad se gradiētez qui fortiter cepit fodere sepulturaq; locum conuenientissime p̄parauit· In qua recondito corpore sancte leo viam suam tenuit et Zosimas ad suam cellam rediit in dominico consolatus· O admirabilis bonitas patris nostri dei que non respicit peccata hominum redeunt ad penitenciā· Non negligit eciam peccatores ad penitenciam illustrari si et ipsi bonis operibo se adiuuare voluerint· Septima vtilitas dicitur cōtinuacio· Valet bonū in peccato mortali factum ad continuandū et perseuerandū in bona vita· Facilius enim potest pseuerare in bono qui benefacere consueuit quam qui benefacere nūquā didicit sicut diffusius dixi in tractatu de virtutibo sermone· i· c· ij· Hinc sapiēs· ecc· xij· c· ait· Non est ei bene qui assiduꝰ est in malo· Octaua vtilitas dicit alleuiacio· Posito· n· q; quis in peccato mortali faciens bonum propter suam ipenitenciam esset damnatus virtute illius boni penam forciꝰ substineret leuioraq; ei fieret· Vnde Augꝰ· i enchi ait· Tale bonum facit ut tolerabilior fiat damnacio· Nona vtilitas dicitur glorificacio· Nam si peccator per penitenciā moriatur in statu salutis et p illam obtineat vnum tantum gradū beatitudinis in eo gradu erit cum āpliori gaudio accidentali propter bonum quod in peccato mortali fecit quam si illud omisisset Animētur ergo omnes et iusti et peccatores ad opa bona ꝑpt̄ que pijssimus deus prouocatur et ipse eciam peccatores equanimiter ferre eisq; sua bñficia innumera ipertiri largiēs hic gr̄az

et in futuro gloriam in qua viuit et regnat per infinita seculo
rum secula Amen.

Feria tercia post dominicā in septuagesima de his que moue
re hn̄t penitentes ad obediendū deo et qualit' om̄s hoīes stu/
dere debent ad seruandū precepta altissimi.

Sermo .iij.

Multi sunt vocati pauci vero electi Iterum vbi sup̄. Data
est ab omnipotenti d̄o suo digito conscripta lex manda
torum ad que obseruanda om̄es homines conuocauit.
Sed paucissimi reperiuntur qui vt decet tā excelso et gloriosissi
mo domino obedire velint nec recte excusare se possunt diuino
rum preceptorum transgressores quos om̄es voces scripturarū
excitant et inuitant ad obedienciā dei. Et quia vt premissū est
in sermone precedenti merces eterne vite non datur nisi seruan
tibꝰ dei mandata. Idcirco in hoc sermone de his que merito in
ducunt nos ad ferendū iugum obediēcie diuine ero dicturus ut
sic hij qui ad penitenciā redire disponunt magis animentur ad
exequenda opera bona et esse valeant de numero illorum pauco
rum qui electi erunt. Notabimus ergo tria esse illa que nos ad
dei obedienciam precipue ⁊ principaliter debent animare.

Primū ē legis excellencia
Secundū dei reuerencia
Terciū obediēcie efficacia

De excellencia mosayce legis
et q̄re nō seruat' a nobis nisi
quo ad precepta moralia.

Capitulum .i.

Primum quod nos animare et inducere debet ad obedi/
enciā dei dicitur legis excellencia. Mandatur quidē no
bis et iniungitur seruare legem excellentissimā continē
tem precepta virtutū vt dicit Alex. de ales in .iij. volumine sū=
me Sed pro clariori intelligencia huius partis tria erunt dubia
declaranda. Primū vtrum lex diuinorum preceptorū sit a bono
deo data. Secundum vtrū lex moysi sit a nob̄ cōuenīēter obser
uata. Tercium vtrum in preceptis decalogi sit regula salutis
sufficienter assignata. Primū dubium declarandū vtrum lex
diuinorum preceptorum sit a bono deo data quia lex illa est ea
quam moyses dux populi hebreorum tulit et promulgauit.
Et statī offerūt se heretici asserentes illā legē esse nō a deo pn̄ Ba
cipe tenebrarū Et āguebāt scd̄m q̄ Aug. dicit ī li. cōt̄ adūsariū
legis et ꝓphārum dicētes. Dei perfecta sūt opera. Sed lex moy
si erat īperfecta Hebre. vij. Nichil ad perfectum adduxit lex Er
go non erat opus dei Sed sanctus Tho. i. ij. q. lxxxxviij. rn̄dit.

de q̄bꝫ in tractatu de legibꝫ deo dante tractabo distincte Ideo
nunc sufficit declarare quare illa obseruare pretermittimus.
Et dico quia id facimꝰ racōnabiliter et absq̄ peccato quoniā
omnes cerimonie veteris legis vmbra erant et figura eorum
que per cristū erant gerenda. Ideo aduenīēte veritate cessat
figura. Vnde et apostolꝰ ad hebre. x. dicebat. Vmbrā habens
lex futurorū bonoꝝ non ipsam imaginē rerum vmbra siquidē
minus est quā imago tanquam imago pertineat ad nouā le=
gem vmbra ad veterē. Et iterum col. ij. Nemo vos iudicet in
cibo aut in potu aut in parte diei festi aut neomenie aut sab/
batoꝝ que sunt vmbra futuroꝝ. Et Augꝰ. i. vij. libro de ci.
dei. c. xxxij. de hac re sic pulchre loquitur. Omnes. n. non solū
ꝓphīe que in verbis sunt nec tantū precepta vite que mores
hominū pietatemq̄ conformant atq̄ illis lr̄is continentur. ve
rum eciam sacra sacerdocia tabernaculū siue templū cerimo=
nie et dies festi et omnia alia que ad eā religionez pertinent q̄
deo debetur et grece proprie latria dicitur ea significar̄t ⁊ ꝓ
nunciarunt que ꝓpter eternā vitam fideliū īpleta in cristo cre
dimus īpleri cernimus et implenda confidimꝰ. hec ille. Sed cō
tra arguere possumus. Quia cerimonie veteris legis non ces
sauerunt in cristi aduētu Primo quia Baruch. iiij. dicitur Hic
est liber mandatorum dei et lex que est meternū. Sed ad legez
pertinebant cerimonie. ergo durature erant meternū Secundo
dicitur quia oblacō leprosi mundati ad legis cerimonias per/
tinet. Sed eciam in euangelio precipitur leproso mundato ut
huiusmodi oblacōes offerat. ergo cerimonie legis veteris nō
cessauerūt cristo veniēte. Tercō obicitur ex eo q̄ circumcisio
erat instituta in signum fidei abrae obseruacō autem sabbati
ad recolendum beneficium creacionis et alie sollemnitates le/
gis ad recolendum alia dei beneficia. Sed fides habrae ē semp
īmitanda eciam a nobis et beneficium creacionis et alia dei be
neficia semper sunt recolenda. ergo ad minnus circumcisio et
sollemnitates legis cessare non debuerunt. Responsio ad hec
omnia secundum Tho. i. ij. q. ciij. Ad primum Q̄ lex vetus dici
tur esse meternum secundum moralia quidez simpliciter ⁊ ab
solute. secundum cerimonialia vero quantum ad veritatem per
ea figuratam Ad secundū dicendum. Q̄ misterium redempcō
nis humani generis cōpletum fuit in passione cristi Vnde tūc
dominus dixit. Consumatū est io. xix. Ideo tunc totaliter debu
ere cessare legalia iam veritate eorū consumata in cuiꝰ signū

in passione cristi velum templi cissum est math·xxvij·Et ideo
ante passionē cristro predicante et miracula faciente currebat
lex et euangelium·quia iam misteriū cristi erat inchoatū sed
nondum consumatum·Et propter hoc mādauit dominus āte
passionē suaz leproso vt legales cerimonias obseruaret Post
passionom vero cristi vsqz ad tempus euangelij diuulgati le
galia cum euangelio currebant non de necessitate sed ex qua
dam congruitate ne scandalizarentur iudei·Ideo paul⁹ circū
cidit thimotheum qui ex matre iudea erat·Titum vero quia
simpliciter erat gentilis circūcidere noluit ut in circumcisiōe
thimothei ostenderet sacramēta legalia non debere damnari·
et in hoc ꝙ titū circumcidere noluit ostenderet ea non esse ne/
cessaria·Post diuulgatum autem euangeliū sunt omnia pro/
hibita et mortifera Concordat his Alex·in·iiij·volumine sūme
et Ri·in·iiij·di·i·Ad tercium obiectū sic respondit Tho·Q fi/
des habrae fuit comendata in hoc ꝙ credidit diuine promissi
oni de futuro semine in quo benedicerētur omnes gentes·Et
ideo quādiu hoc erat futurum oportebat protestari fidem ha-
brae in circumcisione Sed postqnā iam hoc est perfectum opor
tet alio signo declarari·s·baptismo qui in hoc circūcisioni suc
cedit secundum illud apostoli cl'·ij·c·Circumcisi estis circum/
cisione non manifesta·Sed in circumcisione cristi consepulti ei
in baptismo in quo et resurrexistis per fidem operacōnis dei·h
i lle·De sabbato autem quod significabat primā creacōnez di
cimus quia mutatū est in diem dominicū in quo cōmemoratur
noua creatura inchoata in resurrectione cristi·Similiter alijs
sollemnitatibꝫ veteris legis noue sollemnitates succedunt qr
beneficia illi populo exhibita significant beneficia nobis ꝑ cri/
stum concessa·Vnde festo pasce succedit festum passionis cri
sti et resurrectionis·Festo pente·in quo data fuit vetus lex
succedit festum pente·in quo data fuit lex spiritus vite Festo
neomenie succedit festum beate virginis in qua primo appa/
ruit illuminacō solis·i·cristi per copiam gracie·Festo tubaꝝ
succedūt festa apostolorum·Festo expiacōnis succedūt festa
martirorum et confessorum·Festo tabernaculoꝝ succedit fe/
stum consecracionis ecclesie·Tercō in lege moysi erant p̄cep/
ta moralia de quibꝫ dicitur ecc̄·xvij·Addidit illis disciplinaz
et legē vite hereditauit illis·Vbi glo·ait·Disciplina ē erudicō
moruz·Talia ergo precepta moralia a nobis obseruari debēt
que exo·ij·c·cōmemorantur·Et hec duratura erunt vsqz ad

Quare Paulꝰ vnū disciplinā circūcidit aliud vero non?

cõpletum numerum electorum. Tercium dubium declaran/
dum erat. Vtrum in preceptis decalogi sit regula salutis suffi
cienter assignata. Nam ex. x. c. exodi colliguntur tantum decẽ
mandata videlicet Primũ non habebis deos alienos. Secundũ
non assumes nomẽ dei tui in vanum. Terciũ memẽto vt diẽ
sabbati sanctifices. Quartum honora patrem tuum et matrez
tuam vt sis longeuus super terram. Quintum non occides Sex
tum non mechaberis. Septimũ non furtum facies. Octauũ non
loquaris contra proximum tuum falsũ testimonĩ. Nonum nõ
concupisces domum proximi tui. Decimũ non desiderabis vxo/
rem eius. In quibus preceptis plene continentur omnia per
que possit homo eternam salutem accipere. Quoniam ut iñqt
Boñ. in. iij. di. xxxvij. Omnis lex mandat iusticiam que cõmuni
ter dicta nil aliud est nisi ut homo ad deum sit et ad proximũ
ordinatus. Vnde luc. x. et matthi. xxij. cristus dixit. Diliges do
minũ deum tuum et proximũ tuum sicut teipsũ. In his duobus
preceptis tota lex pendet et ꝓphe. Ex hoc moysi date fuerunt
due tabule lapidee in quarum prima continentur mandata ad
deum nos ordinancia. in secunda mandata nos ad proximũ or/
dinancia. Sufficiencia vero mandatorũ prime tabule sumi po
test tripliciter. Ex parte obiecti. Ex parte subiecti. Ex ptẽ ac/
tus medij. Primo sumitur ex parte obiecti sic. Nam cum ĩ deo
sint tres persone et tria appropriata et triplex genus cause se
cundum qꝫ cõpatur ad creaturam triplex est preceptuz secũ
dum qꝫ creatura racionalis ordinari habet ad deum. Nam secũ
dum racionem maiestatis que appropriatur patri et conuenit
deo secundum qꝫ est causa efficiens creature ordinatur ꝑ illud
preceptum Non habebis deos alienos Secundum racõnem ve
ritatis que appropriatur filio ⁊ conuenit deo secundum qꝫ est
causa formalis ⁊ exemplaris creature ordinatur per illud Nõ
assumes nomen dei tui in vanum Secundum racõnem bonitatis
que appropriatur spiritui sancto et conuenit deo secundũ qꝫ ẽ
causa finalis ordinatur homo per illud preceptum Memento
vt diem sabbati sanctifices. Ita ut per hec tria subiaceat sum
me maiestati. credat summe veritati. et adhereat summe bonĩ
tati Secundo sumitur sufficiencia ex parte subiecti ordinabilis
quod ẽ anima racionalis in qua ẽ triplex vis motiua secundũ
quam habet in deum ordinari vt patet Racõnalis. concupisci
bilis. et irascibil' Mandatũ de ad racõe respicit ipsã irascibilẽ.
mandatum vero secundum ipsam racõnalẽ. ⁊ mandatũ terciũ

de sanctificacōne sabbati respicit ipsam concupiscibilē Tercō
sumitur sufficiencia ex parte actus medij · T triplex · n · est ac
tus secundum quem habet homo in deū ordinari videlicet C or
dis oris et operis · Penes actum operis attenditur primū man
datum de adoracōne · Penes actum oris attenditur secundum
mandatum quo prohibetur falsa inuocacio nominis diuini Se
cundum actum cordis attenditur tercium mandatū in quo p̄/
cipitur sanctificacō mentis · Et sic mandata ad deum nos diri/
gencia sufficientissime tradita esse constat Sufficiencia autē
mandatorum secunde tabule haberi potest ex parte actus me
dij · Nam ad proximum ordinari habemus secundū beneficien/
ciam et secundum innocenciā · i · ut ei benefaciamus et illi non
noceam⁹ que sunt duo precepta iuris nature de quibꝫ dicitur
di · i · decretorum · c · i · Jus naturale est quod in lege et in euan=
gelio continetur quo quisqꝫ iubetur alij facere que sibi vult fi
eri et prohibetur alij inferre quod sibi non vult fieri Vnde cri
stus in euāgelio · Omnia quecūqꝫ vultis vt faciāt vobis hoīes
et vos facite illis · Hec est enim lex et ꝓphe · Secundum benefi
cienciā igitur ordinatur homo ad proximū per illud preceptū
Honora patrem tuum et matrem tuā · Secundum innocenciā
vero necesse est triplicem ordinem obseruare · s · operis oris et
cordis · i · ut proximo non noceam⁹ non opere nō ore non corde
Nocere autem quis potest proximo suo tripliciter ope · Aut ī
persona propria et hoc prohibetur per illud preceptū · Nō oc
cides · Aut in persona coniuncta · et pro hoc est illud preceptū
Non mechaberis · Aut in passione terrena · ⁊ pro hoc est aliud
preceptum · Non furtum facies · Secundo potest proximo no/
cumentū inferri ore · et ad id reprimendum datur illud p̄cep=
tum · Non loquaris contra proximū ⁊c̄ · Tercō secundum actū
cordis proxim⁹ ledi potest · Aut concupiscendo eius vxorem ·
et sic est illud preceptum · Non concupisces vxorem eius Aut
inordināte desiderādo eius bona tēporalia · et d̄ hꝰ datur vltimū
preceptum · Non concupisces rem proximi tui Et sic patet suf
ficiencia mandatorum Sed statim est qui obiciat et dicat Q̄
cum septem sint capitalia peccata et non nisi de duobꝫ fiat ꝓ
hibicio · s · luxuria et auaricia nichilqꝫ dicatur de superbia d̄ ac
cidia de gula de inuidia et de iracundia · Aut ergo ista non sūt
peccata aut regula preceptorum deficiet quia illa non prohi/
bet · Respondet dominus Boñ · Q̄ omnia hec p̄cepta ꝓhibēt⁹
in preceptis decalogi implicite · Nam superbia prohibetur in

adoracione dei · Inuidia et ira in fuga homicidij · Accidia in sanctificacõne sabbati· et gula in detestacione luxurie · Luxu / ria autẽ et auaricia prohibentur explicite propter maiorẽ pro mitatẽ quã ad illam omnes vniuersaliter habent · Et propter dicta asserit Boñ·q̃ in oĩibꝫ preceptis quando deus explici / te aliquid prohibet implicite precipit eius contrariũ et quan/ do aliquid explicite precipit implicite prohibet eius contrari um · Est igitꝫ preceptorũ decalogi regula cõpendiosa breuis et suauissima continensq̃ oĩa ad salutem spectancia· Ab eiꝰ obligacione nullus excipitur·sed omnes illaꝫ seruare tenentur Verũtamen dolendũ puto ꝺ cristianoꝝ ignauia ignorancíaq̃ multorum qui non precepta dei trãsgrediuntur verum eciam illa scire non curant · Hi sunt qui si interrogentur que et quot sunt legis precepta respondere nimime scient·O vere detesta bilis cecitas O reprehensibile malum·O damnabilis demq̃ ne gligencia·Verificatur certe in talibꝫ illud ·Osee·iiij·ꝺ· Audí / te verbum domini filij israhel quia iudiciũ domini cum habita toribꝫ terre· Non est veritas non est misericordia et nõ est sci encia dei in terra·Maledictũ enim et mendaciũ homicidium et furtũ et adulteriũ inundauerunt · Sanguis sanguiñ tetigit · propter hꝰ lugebit terra ⁊ infirmabitur omnis qui habitat in ea·hec ille· Que·n·confusio que verecũdia inesse debet igno / rantibꝫ salutis sue regulã cum sciant tot cantilenas vanas tot inutilia et curiosa et illud quod dei seruiciũ respicit dei honorẽ deiq̃ obediencíã addiscere nolunt ·

Q̃ omnes debent prompto animó seruare precepta dei ob reuerenciam diuine maiestatis·et quare deus hominem ob/ ligauit ad illa·

Capitulum ·ij·

Secundũ quod nos aĩat et inducit ad obediencíã dei ꝺi dei reuerencia·Dictat equidẽ ipsa natura reuerenciã ex hibendam fore sũmo impatori celi terre angelorum et hominum ommũq̃ creaturarum· Hoc autem maxime fit cum eius mandata seruantur ad q̃e ipse homines ligauit raciona biliter maxime propter tria·Primo propter auxiliacionẽ ·Se/ cundo ꝓpter iustificacionẽ·Tercõ ꝓpter humiliacionẽ Primo deꝰ racionabiliter obligauit hoies ad obseruãciam mãdatoꝝ ꝓpt auxiliacionẽ·ut sic auxiliũ hret liberũ ãbitriũ qõ poterat a bono deficere ⁊ in malũ declinare· Quomã ut inquit Jheroꝰ·

ad demet' · v · Utrumq; nos posse voluit optim⁹ creator ꝫ fa-
cere tantū quod impauit · Et si obiceret⁹ · q̄ obligacō repug
nat libertati · Et ut Aug⁹ · dicit supra gen̄ · ad lr̄am · Meliores
iudicauit homines qui ei liberaliter deseruirent · Si ergo a prin
cipio deus reliquit hominē in manu consilij sui dando ei liberta
tem arbitrij videtur q̄ nullo modo debuerit addere obligacio
nē precepti · Responderi potest secundū Bon̄ · Q̄ obligacō ad
bonū non repugnat libertati simpliciter sed repugnat liberta/
ti peccandi · Quanto autē quis magis inheret virtutibꝫ et eui/
tat peccata tanto liberior esse censetur · Qd̄ plene ostendi ī ser
mone · i · de virtutibꝫ · Et hoc expresse asseruit · Tulius in pado
xis · Dictuꝫ inquit est ab eruditissimis neminē nisi sapientē libe
rū esse · Nam cum seruitus sit obediencia fracti animi atq; ab/
iecti et arbitrio suo carentis q̄s neget om̄s leues oēs cupidos
om̄es deniq; improbos esse seruos · hec ille · Secundo de⁹ ra/
cōnabiliter obligauit homines ad obseruanciā preceptorum
propter iustificacionē · Decens nāq; est iustuꝫ iudicē secundū
merita retribuere · Sed meritū et demeritū non habet locum
vbi nulla cadit obligacō legis · Quare conueniens fuit ut de⁹
hominē cui contulerat liberū arbitrium secundū iusticiā remu
neraret · Q̄ si obiceretur q̄ maioris liberalitatis est dare aliq̄d
sine merito quā cum merito et deus est liberalissim⁹ ergo vide
tur q̄ debuit homini dare beatitudinē sine merito et per con/
sequens sine mandatorum obligacione Dici potest q̄ licet hoc
verꝫ sit ex parte dei dantis beatitudinē sine merito non tamen
est tante glorie et excellencie ex parte suscipientis · Et quoniā
dominus in conferendo premiū non tantum attendit sue libera
litatis manifestacionē ymo eciā et glorie nostre promocionez
Hinc est q̄ maluit nobis dare eternā beatitudinez per imple/
cionē mandatoꝝ et meritū obediencie quā nullo merito pre/
cedente · Neq; propterea merita nostra derogant diuine libera
litati quia deus remunerat vltra condignū · Ob quod Ihero⁹ ·
in q̄stionibꝫ ad helbidiā exclamat · d · O quanta beatitudo pro
puis magna recipere eterna ꝓ p̄uibꝫ ꝓ morituris sp̄ viuēcia
et hr̄e deū debitorem · Et idem ad celanciam inquit · Quid tam
ingratum quid tam superbum videri potest quaꝫ aduersus ei⁹
viuere voluntatē qui ideo aliquid impat ut causas habeat re
munerandi ! Neq; enī obsequij nostri deus indiget sed nos illi/
us indigem⁹ īperio · h̄ ille Tercō racionabilit' de⁹ obligauit
hoīes ad obs̄uāda mādata ꝓpt' hūiliacōz Decēs nāq; eāt ut hō

deum cognosceret superiorē et commū suū se autem seruum et inferiorez · Et si ad eius famulatum cuncta mouentur eiqꝫ obediunt vt insensibilia elementa terra aqua aer ignis planetē herbe arbores et pecora campi fontes flumina maria volucres celi pisces maris sol luna stelle et celestia corpora quāto magis homo sui creatoris imperio parere debet · Sed heu heu quia in ordine creaturarum nulla est tā pertinax tā presumptuosa tāqꝫ temeraria ad contemnendū deū quā ingratissimus homo · Quia ut ait Augꝰ · ad heremitas · Ad nutum dei sol sua via non deuiat non luna non stelle · Cāpi decorantur floribus frondibꝫ crispatur silua in nemore cythorizat auicula · Insensibilia et irracionabilia obediunt deo · solus homo dei voluntati resistit · hec ille · Expergiscimini itaqꝫ o peccatores · ⁊ audite loquentē deū · Deutro · iiij · c · dicentēqꝫ · Custodite mandata mea que ego precipio vobis · Et ō hoc cristus deꝰ noster Joh̄ · xiiij dicebat · Si diligitis me mandata mea seruate ·

Qꝫ deo est obediendum quia per obedienciam assequitur hō bona temporalia spiritualia et eterna ·

Capitulum ·iij·

Grecium quod nos inducere debet ad obediēdū deo est obediencie efficacia · Est quidem obediencia efficacissima ad impetrandū maxime tria bona · Primū temporale · Secundū spirituale · Terciū eternale · Primo obediencia ē efficax ad impetrandū bonū temporale · s · prosperitatē et rez temporaliū habundanciā · Quod īmortalis deus Leui · xxv · sic declarauit dicens · Si in preceptis meis ambulaueritis et mandata mea custodieritis ⁊ feceritis ea dabo vobis pluuias temporibꝫ suis · Terra gignet germen suū et pomis arbores repleburtur · Apprehendet messū tritura vindemiā et vindemia occupabit semētē et comedetis panē vestrū i saturitate et absqꝫ pauore habitabitis in terra vestra · Dabo pacē in finibꝫ vestris dormietis et non erit qui exterreat · Auferam malas bestias et gladius non transibit terminos vestros · Persequemini inimicos vestros et corruent corā vobis · Persequentur quinqꝫ de vestris centū alienos et centum ex vobis decem millia · Cadēt inimici vestri in conspectu vestro gladio · Respiciam vos et crescere faciam et multiplicabimini · Et firmabo pactum meum vobiscum · Comedetis vetustissima veterum et vetera

nouis superuenientibꝫ proicietis. Ponam tabernaculum meū
in medio vestri et non abiciet vos anima mea. Ambulabo in/
ter vos et ero vester deꝰ vosqꝫ eritis populꝰ meus. hec ibi He
sunt promissiones quas audiuimus a deo factas in quibꝫ tem/
poralia bona offeruntur possidenda obseruantibꝫ dei manda/
ta. Sed econtra inobedientibꝫ in dicto. c. sic deus omnipotens cō
minatur. d. Si spreueritis leges meas et iudicia mea contēp/
seritis vt non faciatis ea que a me constituta sunt et ad irritū
perducatis pactum meū ego hoc quoqꝫ faciaꝫ vobis. Visitabo
vos velocit' egestate et ardore qui ꝯficiat oculos vr̄os ⁊ cōsu
mat aīas vestras Frustra seretis sementē que ab hostibꝫ deuo=
rabitur. Ponā faciem meā contra vos et corruetis coram ho=
stibꝫ vestris et subiciemini his qui oderunt vos fugietisqꝫ ne/
mine persequente. Sin autē nec sic obedieritis michi addaꝫ ad
correpciones vestras septuplum propter peccata vestra et
conteram superbiā duricie vestre daboqꝫ vobis celū desuper
sicut ferrū et terram eneā. Consumet' incassū labor vester. Nō
proferet terra germen suū nec ābores poma prebebunt. Si am
bulaueritis ex aduerso michi nec volueritis audire me addaꝫ
ad plagas vestras vsqꝫ in septuplum propter peccata vestra
Immittā in vobis bestias agri que consumant vos ⁊ pecora vo
stra et ad paucitatez cuncta redigant deserteqꝫ fiant vie ve/
stre. Qꝫ si nec sic volueritis recipere disciplinā sed ābulaueritis
ex aduerso michi ego quoqꝫ contra vos incedaꝫ et percuciam
vos sepcies propter peccata vestra inducamqꝫ super vos gla
diū vltorem federis mei. Cunqꝫ confugeritis in vrbes mittam
pestilenciā in medio vestri ⁊c̄. ibi. Secundo obediencia est
efficax ad impetrandū bonū spirituale dei. s. graciaꝫ amiciciam
et beniuolenciā. Hec fuit illa decora virtus propter quā abra
hā meruit audire angelū sibi. d. Per memetipsū iuraui dicit
dominus quia fecisti rem hanc et non pepercisti filio tuo vni/
genito propter me benedicā tibi et multiplicabo semen tuum
sic̄ stellas celi et velut arenā q̄ ē i littore maris. Possidebit se
men tuum portas inimicorum suorū ⁊ benedicentur in semine
tuo omnes gentes terre quia obedisti voci mee. Grande admi
randumqꝫ obsequium deo prestitit abraham vt ei obediret ꝫ
maiora consecutus est diuine liberalitatis beneficia. Tempta/
uit siquidem deus illum sicut scribitur genesis vicesimo se/
cundo. idest experienciā fecit secundū Nicolaum de lira. non
propter se sed propter aliorum exemplum vt filium suum

dilectum et vnigenitum imolaret in monte. Quod vtiqꝫ gra/
uissimū erat impiū. Primo quia iniungebatur ei ut re sibi ca
rissima se priuaret. Secundo ꝙ filium suū occidi et mori vio/
lenta morte pateretur. Tercio ꝙ ad hoc exequendū et cōmit
tendum suis propriis manibꝫ astringebatur. Quarto quia
filius ille vnigenitus erat neqꝫ aliū ex libera vxore filium ha/
bebat. Quinto quia miraculose illum genuerat senex iam cen
tum annoꝝ cū vxore vetula et sterili. Sexto quia magna ꝓ
missio facta erat abrahe de ipso. Septimo quia ipse isaac sola/
ciū erat matri sue et baculus senectutis patris. Octauo quia
debebat eum non solū occidere sed eciam in igne vrere. No/
no quia noluit deus eū statim audito precepto illud perficere
sed triduo perseuerare quousqꝫ venirent ad montez ad quem
potuissent cicius ꝓperare. Sed ideo deo volente vsqꝫ in terciū
diem ibidem non peruenerunt ut sic magis lucesceret firmi-
tas volūtatis abrahe secundū Nicolaū d' lira. Vnde et glo. gen̄
xxij. ait. Non est iussus abrahā statim occidere filiū sed per tri
duū ducere ad imolacionis locum ut longitudine tēporis tēp
tacio augeretur et crescentibꝫ curis presencia viscera crucia/
rentur. Accepto itaqꝫ precepto tā difficili abrahā non se ex/
cusauit nec precepti causam interrogauit neqꝫ in eius exce/
cucione filij blandientis dulci presencia mutatus est a propo/
sito. Ibant simul erantqꝫ cū eis duo famuli domus qui ligna i
ciderant pro holocausto. et die tercio remanentibꝫ illis cū asi/
no tulit abrahā ligna et imposuit super isaac filium suum qui
secundū iosephū agebat tunc annū. xxv. ipse vero abraham
portabat in manibus suis ignē et gladium. O quā reuerenter
cum pergerent duo simul dicebat isaac patri suo Ecce ignis
et ligna vbi est victima holocasti! O quā ādenter respondebat
ei pater seipsū superans seipsū vincens. Dominus prouidebit
sibi victimā holocausti fili mi. Voluntate sensualitatis forte se
cum tacite colloquente atqꝫ dicente. Tu es victima quē ego
propriis manibꝫ interficiā quem aduraz super altare vt satis
faciā deo nostro. O quale spectaculū. O quale virtutis exēpluz
mente inspicere illos. postquam venerunt in montem postquā
ibi construxerunt altare postquam deniqꝫ super illud ligna
cōposuere Inquit. n. Josephus in. i. antiquitatum li. Q abra/
ham antequam filium ligasset aduocauit illum ad se dixitqꝫ
illi. O puer quem innumeris votis optaui a deo m̄ ꝯferri ⁊ dū
pueīsses ad vitā nichil ē qd̄ pro alimēto tuo nō feci. Neqꝫ me

feliciorem magis arbitrabar quā cū te ad hāc viderē etatez
successorē mei pricipat⁹ relinquē Cōgaudebā qr dei volūtate
tu⁹ pater sū factus denuo secundū eius placitū te reponam.
Hanc fortiter porta dicacionē. Deo namqz te cedo qui michi p
omnia placitus fuit et suffragator. Natus ergo morere non
cōmuni modo hac vita egrediens sed a patre proprio oblat⁹
cunctorū ob legitimū sacrificium. Reor. n. quia te dignū iudi-
cauerit non egritudine nec bello nec qualibet alia passiōe que
solet hominibꝫ accidere hac vita liberare sed cum igni ⁊ sacri
ficijs tuam aīaz suscipere et apud se retinere. Eritqz decetero
mei curā habens senectutē regens qua gracia te maxime nu/
triebā. Auditis his isaac humili voce patri respondit. O pat'
mi colendissime rem audio grandem ac durā Asseris te patrez
meū velle me proprijs manibꝫ interficere et igne adurere ut
obedias. deo. Doleo nempe gratissime iuuentutis mee florem
amittere. doleo patris mei me diligentis experiri ī me gladiū
seuientis. Doleo insuper tali modo deserere dilectā matrez et
te patrez meū cui parauerā in hac senectute sua in omībꝫ sub/
uenire. O care genitor. O pater amantissime. Credebā me esse
baculū senectutis tue. et ecce michi dicis vt fortiter ferā mor
tem per te michi inferendā. O inaudita res. O admirandū no/
uum quo viscera mea cōmouentur aīa turbatur et cor vndiqz
vexatur angustia. Veruntamen pater mi dulcissime quia sic
placet deo ita fiat. Et si nunquā hoc fieri ille mandasset et tu
tantum iuberes adhuc promtissim⁹ obedirē. Non fugiā a tua
presencia non me defendā. Et huiusmodi verbis prostrauit se
in terrā patremqz adhuc alloquebatur. d. Habes me filiū tuū
ad vota pater stringe manus meas ⁊ pedes meos funibꝫ inter
fice me sicut tibi et deo nostro placet. O quid erat videre ve/
nerandū senem illum mirando feruore ligare manus et pedes
filij eleuantēqz euaginatū gladiū vt illū pimeret. O inaudita
obediencia patris et filij. O vtriusqz ardentissima voluntas ad
obsequiū deo O deniqz īmensa diuine largitatis beneficia eis
dē collata Multa quidē susceperūt ābo āpliora dona a liberalis
simo d̄o q̄ fuerit illoꝝ ad obediēdū ꝯmēdabil' feruō volūtatis
Tercio obediencia est efficax ad impetrandū bonum eternale
Diximus. n. in precedentibꝫ sermonibus quēadmodum de⁹ be/
nedict⁹ largit⁹ eterne vite premiū oībus seruantibꝫ ei⁹ māda
ta. Sz tanta ē humana neq̄cia q̄ magis hoīes dyabolo obedi/
re volūt q̄ d̄o Clamat de⁹ Nō habeb' d̄os alienos Et dya⁹. d

Sint tibi dij tui temporalia bona que magis quā deum diligas
Noli scripturis credere. Noli debita vota cōplere. Supersticō
nes incantacōnes et diuinacōnes sectare Cultum dei negligas
et contemnas. Sacris locis atq; personis reuerenciam nullam
exhibeas. Ecclesiasticas leges atq; censuras despicias vociq;
mee obedias. ut deum minime colas. Clamat deus. Non assu/
mes nomen dei tui inuanum. Et dyabol⁹ .d. Sis piurus blas/
phema sepius. Maledic nomē sanctū dei ⁊ omniū sanctorū su/
orum ac matris eius nomenq; meū in omnibꝫ tuis operibus
frequencius cōmemora et dei nomen in turpibꝫ cantilenis ad/
misce. Clamat deus Sabbata sanctifices. Et dyabol⁹ .d. Diebꝫ
festis nulla sit inte memoria dei nulla recordacio salutis ꝓprie
et eternorum bonorum. Ecclesias fugias ⁊ predicaciones euā
gelij ad quas si accesseris nullam modestiam serues. Vano a/
spetu mulieres et viros circumspice. Vestibꝫ inhonestis diebꝫ
illis vtere ludo choreis atq; tripudijs tempus expendas et ꝓ
lucro temporali si quid operis facere poteris facias. Clamat.
deus. Honora patrem ⁊c̄. Et dyabol⁹ dicit. Parentibꝫ tuis in
festus sis disciplinam eorum et correctonem fuge pietatez re
uerenciam et obedienciam eis denega contumelijs illos affice
et si potes verbis verbera adde atq; de domo illos expelle Cla
mat deus. Non occides. Et dyabol⁹ .d. Iniuriam noli sufferre
Sume de inimicis vindictam. da locum ire. percute interfice ⁊
que nō potes manu prosequere corde. Clamat de⁹ Nō mecha
beris. Et dyabol⁹ .d. Nullum sit pratū quod non ꝑtranseat lu/
xuria tua. Non erubescas adulterij fornicari incestū moliciem
sacrilegium et sodomiā nefandissimā et innominalē perpetra/
re. Clamat deus non furtū facies. Et dyabol⁹ dicit. Rape de/
predare furare quantū potes. Nulla sit tibi consciencia prop=
ter lucrum de periurijs de mendacijs de fraude de simlacionibꝫ
de iniusticia de vsuris de extorsionibꝫ de malis contractibꝫ et
de excōmunicacionibꝫ. Clamat de⁹. Non dices salsū testimoni
um contra proximū tuū. Et dyabol⁹ ait. Loquere sine mensu/
ra ī dedecus aliorum. detrahe vicinis extraneis sacerdotibꝫ reli
gioꝭ ꝑlatis dn̄is v̄ginibꝫ viduis ⁊ ꝯiugatis. Clamat deus Nō
concupisces vxorem proximi tui. Et dyabol⁹ dicit. Omnes mu
lieres quas vides concupisce et voluptuosa mente desidera.
Clamat de⁹ Non concupisces rem proximi tui. Et dyabol⁹ .d.
Appone cor tuum ad aliorum bona desidera mortem propin/
quorum tuorum vt eorum bona ad manus tuas peruenant.

Et tamen sine cōpacione magis auditur vox dyaboli quā dei. O extrema demencia O stulticia perniciosissima seruire dya/bolo pro eternis incendijs et relinquere deum liberalem et mu nificentissimū qui seruis et amicis suis pollicetur gaudia para disi. Ad que nos perducat cristus dei filiꝰ qui viuit et regnat per infinita secula Amen.

Feria quarta post dominicā in septuagesima. De infinita mi sericordia dei qua ipse pater pijssimꝰ dulcissime vocat ani/mam ad penitenciā omnes eciā pessimos peccatores ꝓmit tens eis liberaliter indulgenciā et remissionem.

Sermo .iiij.

Vox dilecti mei pulsantis. Aperi michi soror mea spon/sa. Anime peccatricis ad penitenciam redire disposite verba sunt ista originaliter. Cant. v. c. Pijssimꝰ omni um pater deus offert peccatoribꝫ ut occasionē habeant ad eū reuertendi vberrimū fontem et indeficientē et inhauribilē mi sericordie sue Neqꝫ vnquā tam grandis peccator inuentus est qui ad eū confugere volens non fuerit benigne misericordissi meqꝫ susceptus. Hec est illa misericordia que fiduciam presta re debet cunctis peccatoribꝫ ne vnquā desperent. Hec est illa decora et formosa regina que semper astat a dextris dei in ve stitu deaurato circumdata veritate. Hec est que blanda voce humiliqꝫ sermone delinquentes admonet vt ad fontem aque viue deū propiciū atqꝫ benignum currant sicientes. Et quoni am multoꝝ corda moliri nolunt et duriora saxis indies obsti nantur in malo. statui in hoc sermone verba facere de iocun=dissima voce misericordie dei qua ipse dilectus animaꝝ spon/sus illas ī peccatis errātes liberalissime aduocat ut ꝺ erratis cō puncte veniā et indulgenciā suscipiant. Quod bene sensit aīa peccatrix disposita iam preterita mala corrigere et ꝺcetero a futuris cauere. d. in verbis notatis in themate Vox dilecti mei qui creauit me qui me fecit qui me redemit qui michi polli/cetur gaudia paradisi pulsantis per intrinsecas inspiraciones per extrinsecas moniciones per spirituales illuminaciones per sacramentorū disposicionē. Aperi michi. s. cor tuū. o soror mea. o aīa mea ad meā imaginē et similitudinē facta O sponsa mea quam desponsaui michi in fide cum sacꝝ suscepisti baptisma et ego tibi meam graciam sum largitus Aperi inquam m̄ vt audias me exhortantē te q̄tenꝰ penitenciā agas et peccatorū tuorū veniā īdulgēciāqꝫ a misericordia mea habūde suscipias

mollirī

In quibus verbis ꝺ voce miſericoꝛdie dei animā vocantis tria miſteria proponimus contemplanda.

Primū dicitur reuelacōnis — De preconijs ⁊ laudibꝫ miſeri
Secundū ampliacōnis — coꝛdie dei q̄ petōribꝫ demīatꝛ
Terciū acceleracionis — ī ſcripturis figuris ⁊ exēplis

Capitulum .i.

PRimū miſterium contemplandū dicitur reuelacōis in quo exquirere licet qualiter dei miſericoꝛdia qua pec/catoꝛes allicit reuelata et preconizata eſt. Et ad hoc dico q̄ miſericoꝛdia ipſa maxime manifeſtatur in tribꝫ. Prīo in ſcripturis. Secundo ī emigmatibꝫ ⁊ figuris. Tercō ī exēplis

Primo manifeſtatur ⁊ reuelatur precomū miſericoꝛdie dei in ſcripturis que videntur eſſe lr̄e quaſi quedam familiares et domeſtice ex cācellaria celi ad miſeros peccatoꝛes ex parte vi uentis dei miſſe ac deſtinate. Ideo reuerenter atq; iocunde il/lorum lectio a cunctis eſt audienda. Dicant igitur prophete et ſancti quid ferunt ꝺ miſericoꝛdia dei. Moyſes ad deū loquens exo.xxxiiij.inquit ſic. Dominatoꝛ domine deꝰ miſericoꝛs et cle mens paciens ⁊ multe miſeracōnis. Et deutro.iiij. Reuerteris ad dominū deum tuū et audies vocē eius quia deꝰ miſericoꝛs dominus deꝰ tuus. Et ſapiēſ.ecē.ij Pius et miſericoꝛs eſt deꝰ et remittit in die tribulacōnis peccata. Et.e.xvij. Quam mag na miſericoꝛdia domini et propiciacō illius conuertētibꝫ ad ſe Et.e.xviij. Quis addiciet enarrare miſericoꝛdiā eius! Et li.e. Letetur anima veſtra in miſericoꝛdia eius. Et ſapiencie.ij. Mi ſereris ommū quo mā oīa potes Et.xv Tu autē domine iuſa uis et verus es paciens et in miſericoꝛdia diſponēs oīa Et per iſa.liij. dominus ait Derelinquat impiꝰ viam ſuam et vir iniquus.co.ſ.et re.ad.d.et mi.e.⁊ ad.d.n.q.m.eſt ad ignoſcē dum. Et lviij. Inuocabis ⁊ dominꝰ exaudiet clamabis et dicet Ecce adſum quia miſericoꝛs ſū dominꝰ deus tuus. Et liiij In miſericoꝛdia ſempiterna miſertus ſū tui dicit redemptoꝛ tuꝰ dominꝰ Et ioel'.ij. Conuertimini ad dominū deuz veſtrū quia benignꝰ et miſericoꝛs eſt paciens et multe miſericoꝛdie ⁊ pīa bilis ſuper malicia populi. Et ionas.iiij. Scio īquit quia tu deꝰ clemens et miſericoꝛs es paciens et multe miſeracionis. Et dā uid pſal.lxxxxix. Laudate nomen eius quoniam ſuauis eſt dominus in eternum miſericoꝛdia eius. Et pſal.xxviij. Mag nificata eſt vſq; ad celos miſericoꝛdia tua. Et pſal.lxxxv.

Tu autē dñe suauis ⁊ mitis ⁊ multe misericordie om̄ibꝫ iuocā
tibꝫ te. Et psal. l. Miserere mei deꝰ sc̄dm magnā misericordiā
tuā Et psal. cxxix. idē hēt. Et petrus. i. epistola. i. c. Bñdictus
deꝰ et pater domini nostri ihesu cristi qui secundū magnā mi
sericordiam suam regenerauit nos in spem viuam. Et paulus
eph̄. ij. c. Deus diues est in misericordia. Et. ij. cor. i. Benedic
tus deꝰ ⁊ p. d. n. i. x. pr̄. m. ⁊ d. t. cō. qui. cō. n. m. o. tri. nr̄a. Et
cytharista sp̄us sancti virgo gloriosissima. Luce. ij. Et miseri
cordia eius a ꝓgenie et in ꝓ. ti. eum. Et luce. vi. Estote mi=
sericordes sicut et pater vester celestis misericors est. Et Ihe/
ronimꝰ de pe. di. i. m. c. Quia diuinitatis natura. ait Diuinita/
tis natura clemēs est et pia magisq; ad indulgenciam prona
quā ad vindictā que non vult mortē peccatoris sed ut magis
conuertatur et viuat. Et idem Iheronimꝰ in. c. iude. d. pe. di. i
Vide benignum dominū misericordiam cum seueritate miscen
tem. Et ambrosius li. de. pe. Deus misericordiā suam omnibus
promisit et relaxandi licenciā sacerdotibꝫ suis sine vlla excep
cōne ꝯcessit. Et xxvi. q. vi. c. His q̄. Misericordie dñi nec men=
suras possumꝰ ponere nec tempora diffinire Ex quibꝫ omnibꝫ
a ꝓprehendimꝰ deū nostrum benignū esse misericordem et piū
Secundo manifestatur et reuelatur preconium misericordie
dei in enigmatibꝫ et figuris. Loquebatur sepe dominꝰ ihesus
in parabolis secundum morem palestinorum ut dicit. Nicoꝰ.
de lira quoniam sic clarius potuit veritas elucescere maxime
idiotis et rudibꝫ ꝓ ut testat. Dyonisiꝰ. i. c. celestis iherarch̄.
Et ideo ad suam et patris eius misericordiaꝫ notificandā vsus
est triplici enigmate seu metafora in parabola per eum dicta
Prima fuit de egroto paciente de qua Mathei. ix. c. vbi au
diens murmuraciones ph̄eorꝫ qui ei detrahebant qꝛ cū publi/
canis et peccatoribꝫ manducaret ait. Non est opus valentibus
medicus sed male habentibꝫ. Euntes autem discite. quid est
misericordiam volo et non sacrificium. Non enim veni vocare
iustos sed peccatores Secunda parabola est de pastore per/
ditam ouem requirente de qua Luce. xv. scribitur Q̄ dimissis
lxxxxvix. aliis ouibꝫ in deserto sollicitus pastor ob errantem
vnā ouem. i. deꝰ peccatricem animā perquisiuit diligenter in
uentamq; custodiuit intactum imposuitq; super humuros su
os gaudens remittendo. s. sibi penitenti potēcia sua om̄ia pec/
cata atq; delicta Tercia parabola est de filio prodigo ad pa/
trem postquā oīa dissipauerat reuertente. ꝑ quē ut Iheroꝰ.

inquit ad Damasū papam de filio prodigo · Peccator homo
vere penitens intelligitur Quē cum vidisset a longe pater mi
sericordia motus occurrit illi cadensq; supra collū illius oscu/
latus est eum nichil illi improperauit non tristem vultuz aut
turbulentam faciem ostendit non asperis verbis contristauit
sed quā letanter in domū eum introduxit afferri fecit vestimē
ta et ānulum conuiuium sollemne preparauit choreasq; can/
tus et sonorum melodias in domo esse iussit quia recuperaue/
rat filiū mortuū et perditum per quē intelligimus peccatorem
cōpūctū cui deꝰ se grōsissimū exhibz Tercō manifestatur ⁊
reuelatur preconiū misericordie dei in exēplis · Quotquot eñ
inuenti sunt peccatores qui ab illo veniam postulart oēs fue
runt exauditi sic patet in veteri et nouo testamento Dauid e/
quidem per penitenciā adulterij simul et homicidij a misericor
de deo veniā impetrauit De cuius penitencia Jheroꝰ ad Sabi
nianū dyaconem lapsum ita scribit Totā penitenciā ostendit
psalmus · l · quando ingressus est dauid ad vxorem vrie et a na
than propheta correptus respondit dicens Peccaui statimq;
meruit audiri · Et dominus abstulit peccatū tuum a te Adulte
rio enim iunxerat homicidium et inde conuersus ad lacrimas
Miserere ait mei deus secundū magnā misericordiam tuam ·
Magnum enim peccatum magna indigebat misericordia vn
de iungit et dicit Multum laua me ab iniquitate mea ⁊ a pec
cato meo munda me · quoniā iniquitātē meā ego cognosco et
delictum meū ꝯt me est semp · tibi soli peccaui · Rex · n · alium
non timebat · Et malū coram te feci ut iustificeris in sermoni
bus tuis ⁊ vincas cum iudicaris Conclusit deus oñia sub pec
cato vt omnibus misereatur tanquā profecit vt dudum pec
cator et penitens transierit in magr̄m vt dicat · Docebo ini=
quos vias tuas · Hec ille Et idem ad oceanū de dauid loquens
inquit · Dauid sancti et mansuetissimi viri homicidium pariter
et adulteriū septem dierum emendauit fames Jacebat in ter
ra volutabatur in cinere et oblitus regie maiestatis lumē que
rebat in tenebris illumq; tantū respiciens quem offenderat la
crimabili voce dicebat · Tibi soli peccaui et malum corā te fe/
ci · et redde michi leticiam salutaris tui et spiritu principali cō
firma me · Atq; ita factuz est vt qui me docuerat v̄tutibꝫ suis
quomodo stans non caderem doceret ꝑ penitenciam quomodo
cadens resurgerem · hec ille Que omnia notātur secundo regū
xij · c · Est et de niniuitis exēplū de quibꝫ habetꝰ li · ione · ꝑ totū

et de pe·di·i·in·c·Niniuite·vbi dicitur Niniuite quos domin⁹ in euangelio cōmendat penitenciaz egerunt in predicacione ione et ex misericordia domini indulgenciā consecuti sbuersionis interitū subterfugere meruerunt·hec ibi · Et ut breuiter perstringā exempla adduco illud dictū Bernardi sermōe xxij ad ihesū d̄ sua misericordia loquētis vbi ait·Om̄nio propt̄ mā suetudinē que de te predicatur curremꝰ post te domine ihesu audientes ꝙ pauperē nō spernas peccatorez nō horreas nō horruisti confitentē latronem non lacrimantē peccatricē non chananeā suplicantē non deprehensam in adulterio non sedentem in theloneo non suplicantē publicanū nō negantē discipl'm nō persecutorē discipulorū non ipsos crucifixores tuos·hec ille Expergiscimini igitur o peccatrices anime Audiuistis o peccatores vocē dei qui misericordiā suā infinitā vobis declarauit Nolite obdurare corda vestra deponite peccata atqz delicta Accedite ad eū et veniam obtinebitis quia ipse est deꝰ misericordiarū qui per ezechielē prophetā·c xviij·inquit Si autē impiꝰ egerit penitenciā ab om̄ibꝫ peccatis suis que opatus est et custodierit omnia precepta mea et fecerit iudiciū et iusticiā vita viuet et nō morietur omniū iniquitatū eius q̄s operatꝰ est non recordabor In iusticia sua quā operatꝰ est viuet Nūquid volutatis mee est mors impij: quasi dicat non Et ·j·Nolo mortē morientis·s·peccatoris sed ut conuertatur et viuat Reuertimini et viuetis·

De amplitūdine et magnificencia misericordie dei que remittit omnia peccata grauia replicata et antiquata peccatoribꝫ penitentibꝫ·

Capitulum ·ij·

Secundum misteriū contemplandū circa misericordiam dei peccatores vocantis ad penitenciā dicitur amplia/cio in quo patefaciendū esse duxi quomodo āpla lata profunda ac copiosa sit ipsa misericordia dei benedicti que licet in se sit infinita quia sit nichil aliud quā ipse deus est· secundū illud Augꝰ·de fide ad petrum ·Quicquid est in deo est ipe deus tamen eciā in suo effectu considerata tam grandis inuenitur ꝙ om̄ia nostra superat peccata atqz vincit · Tria enī sunt in peccatis horrenda et timenda valde que tamen a misericordia dei superantur·Primū grauitatis cōdicio Secundum frequens iteracio Terciū diuturna detencio Primū quod in

peccatis cōsideratur horrendū dicitur grauitatis cōdicio · quā
do scilicet peccatū ex sua condicione et ex suo genere graue ē
et nefandum · Verūtamen tanta est misericordia dei ꝙ nullum
est peccatū adeo execrandū de quo si quis penitenciam egerit
indulgenciā non recipiat · Quinimo clemētissimꝰ deus miseri=
cordia sua illud penitenti plene remittit · Hinc Crisoꝰ d̄ pe·
di·iij·in·c· Talis ait Talis michi crede talis est erga homines
dei pietas nunquā spernit penitenciam si ei pure et simpliciter
offeratur eciam si ad summū quis perueniat maloꝝ et inde ta
men reuerti velit suscipit enī deus illum libenter et amplectit⁹
Et hoc est quod dicitur de pe·di·i·c· In actione Cor contrituꝫ
et humiliatum deus nunquā spernit Sed circa hec dubitatur d̄
peccato in spiritū sanctum Vtrum deus misericors remittat il
lud penitentibꝫ Et videtur ꝙ non · Quia peccatum in spiritum
sanctum est irremissibile · Vnde Augustinꝰ in libro de fide ad
petrum ait · Hi qui peccant in spiritū sanctum neqꝫ hic neqꝫ ī
futuro remissionē peccatoꝝ accipiunt · Et idem in libro de ser
mone domini in monte · Peccare in spiritum sanctū est ꝑ mali
ciam et infidiā fraternā impugnare caritatē post acceptā spi
ritus sancti graciaꝫ · quod peccatū neqꝫ hic neqꝫ in futuro re/
mitti dicimus · Hoc ipsum magister sentenciaꝝ confirmat ·
xliij·di·ij· Ergo videtur ꝙ dei misericordia non superat omne
peccatum Respōdet ad hoc Alex · de ales ī·ij·ij· in·iij · summe
vbi tractat de irremissibilitate peccati ade Q̄ peccatum tripli
citer dicitur irremissibile · s· Negatiue Priuatiue Cōtrarie Ne
gatiue dicitur irremissibile quod nullo modo potest remitti si
cut peccatum luciferi aliorumqꝫ damnatorum Priuatiue di/
citur irremissibile peccatum quod non habet aliquid dignuꝫ
vt remittatur · et sic omne peccatū mortale ē irremissibile q̄
nullū mortale habet aliquid per quod sit remissione dignum ·
Contrarie vero dicitur irremissibile quia habet contrariā di
sposicionē ad graciā sine qua peccatū nullo modo potest remit
ti · Et sic est irremissibile peccatum ī spiritū sanctū quia direc
te est contra effectū spiritus sancti qui quidem dicitur gracia
penitēcialis · Sunt autem huius peccati sex species ut patet ꝑ
Aug · in enth · et de fide ad petrum et de sermone domini ī mō/
te et de baptismo paruulorum · i · Desperacio · presumpcio · in/
uidencia fraterne gracie · obstinacō · finalis īpenitencia et im/
pugnacio veritatis agnite · quarū specierum numerus secundū
Bon · in dis · xliij · ij sic assignat⁹ · Omne peccatū in spūm sanctū

est contra penitencialē graciam·Tunc autem est contra ipsaz racōne sui aut racōne antecedenciū aut racione subsequencium Si racōne antecedenciū cum ad pemtenciā antecedant tāquaz due mole·spes et timor·contra timorē est presūpcio cōtra spē est desperacō·Si racōne consequenciū cū ad pemtenciā conse/quatur emendacō que consistit in duobꝰ videlicet in vera con/fessione et bona satisfactione·sic sumuntur due species quaz vna est impugnacō veritatis agnite altera detestacō bonī· Si rōne sui sic ē obstinacō q̄ cōprehēdit eciā finalē penitēciā ·Di citur ergo peccatū in spiritū sanctum irremissibile magis quā alia peccatoz genera quia secundū magm· Vix aut raro aut difficulter remittur pro eo q̄ non tantū repugnat gracie sed eciā dispositōi ad venīā et graciā suscipiendam Remissibile vero est secundū Boñ·tum racōne diume potencie remittētis tū quia homo potest de illo penitere excepto finalis īpemten/cie que eciā dupliciter sumitur·Uno modo pro proposito non pemtendi·alio modo pro continua permanencia in malo·Im/penitencia primo modo sumpta est peccatū irremissibile con/trarie non negatiue eo q̄ claudit viā ad graciaz et īpedit in/gressū spiritus sancti tamen possibile est ut de illa homo pen teat ⁊ remissibilis fiat·Impenitencia secundo modo dicta nul lo modo potest remitti·Hec autē nemini est attribuenda vsqz ad illud instans in quo dici de aliquo posset q̄ finaliter sit īpe/nitens·Hinc Leo papa dī pe·di·viij·capitulo Nemo ait Nemo desperandus est dū in hoc corpore constitutus est Idē dr·xxxij q·ij·c· Ancillā ⁊·xxiiij·q·iij·c Corripiantur·Patet g̃ oīe pec catum per penitenciā liquefieri ad conspectuz misericordie dei qui nichil tantū abhoīatur quantū impenitenciā et desperacō nē·Hinc Jhero9·ad Rusticū monachū ait·Nichil sic offendit deū sicut cor īpenitens·Solū desperacōis crimen est quod ve nīā consequi non potest Secundū q̄ in peccatis consideratur horrendū et periculosū est peccatoz frequens iteracō quan/to ·s·frequencius iterantur· Tamen tanta est misericordia dī q̄ si quis meperet peccare a prima hora diei ⁊ peracto pec/cato statim penitenciā ageret et pemtencia facto subito labe retur et post lapsū itez surgeret et post surrectiōnē itez ca deret et post casū denuo contricōnem haberet semper deū im mobiliter propiciū inueniret ad remittendū·Hinc Aug9·de pe·di·iij·m·c· Adhuc instant ait·Quoniā cottidana est offen/sio oportet ut cottidiana sit remissio · Cur locutus est dominus

orãtes dicere · dimitte nob debita nra nisi ipse nob misericors
pseueraret qui nos ab hac petiõne non vult deficere · Et leo
papa de pe · di · i · c · Multiplex misericordia da · inquit · Multi /
plex misericordia dei ita lapsibus humanis subuenit ut non so
lum p baptismi graciã sed eciã pemtencie medicinã spes vite
reparetur eterne ut qui regeneracõnis dona violassent ꝑprio
se iudicõ condemnantes ad remissionẽ crimmũ peruenirẽt Et
Lactancius in li · di · mi · ti · ad · g · sic loquitur · Nemo potest esse
tam circumspectus tã prudens qui non aliquando labatur Jo
circo deus imbecillitatẽ nostrã sciens aperuit hominĩ portũ salu
tis ut huic necessitati cui fragilitas nostra subiecta est medici
na pemtencie subueniat · Et Jheronimꝰ ad rusticũ monachuz
de pe · di · iiij · iij · c · Septies · ait · Septies in die cadit iustus ⁊ re
surgit Si iustus quomõ cadit : si cadit quomõ iustus : Sed iusti
vocabulum non amittit qui p pemtenciã semper resurgit · Et
non solum septies sed septuagies septies delinquenti si conuer
tatur ad pemtenciam peccata donantur · Hoc cristus petrum
docuit · Mathei · xviij · c · Sed nonnulli heretici temere asserue /
runt duo falsa ⁊ merito reprobanda · Primũ q̃ si homo cadat
a pemtencia q̃ non vere pemtuit · Contra quod dictũ Alex · de
ales in · iiij · volumine fũme adducit distinctionẽ de veritate pe
mtencie · d · Q̃ dupliciter potest fieri · Uno modo vt pemtencia
vera dicatur que verum habet virtutis actũ qui est detestari
malũ cõmissum et pro illo tempore nullũ cõmittere et propo /
nere non cõmittere de futuro in quo statu si quis decederet
saluus esset · Et ab hac potest homo cadere et in peccata labi
Alio modo ut dicatur pemtencia vera que perducit in finem
vt finalis et continuata et ab hac non est cadere · Sed adhuc
heretici ad sui erroris robur auctoritates et dicta sanctorũ ad /
ducunt Et primo illud · Ambro · in sermone quadragesime · d ·
Pemtencia est mala preterita plangere et plangenda iteruz
non cõmittere · ergo qui iterum peccat veram pemtenciã non
fecit · Secundo ad idem allegant Grego · sic · d · Qui ita alia pec
cata deplorat ut tamen alia cõmittat adhuc pemtenciã agere
aut ignorat aut dissimulat · Insuper ad hoc propositũ habent
ysidorum in libro de fũmo bono sic loquentẽ · Irrisor est non pe
nitens qui adhuc agit quod penitet nec videtur deuz poscere
subditus sed subsanare superbus Et his concordat Augꝰ · in
libro sotilo quio ⁊ quando dicit · Inanis est pemtencia quam
sequens culpa inquinat · Que auctoritates et alie similes hñt

in decretis de pe·di·iij·de quibus pro solucōne·Cracianus ibi/
dē in ·§·Sed verba ait·Q illa verba auctoritatū nō aduersa tē
pora sed ad idem tempus referuntur ut·s·eo tempore quo q̄s
deflet mala que commisit et penitenciā facit non peccet et sce
lera non cōmittat·Q autē in diuersis temporibꝫ possit quis fa
cere penitenciā veram et post illā iterꝫ possit peccare probat⁹
racione eo q̄ penitencia habet esse in libero arbitrio secundū
statum vie quod vertibile est et potest a bono in malū ⁊ a ma
lo in bonū sepius exire·Hoc eciam apparet euidenti exemplo
Nam niniuite propter veram penitenciā graciā consecuti sūt
sed post ad vomitum redeuntes deū prouocarunt ad iracun=
diam et eoꝝ ciuitas ut Herodotus scribit a rege medoꝝ sub
uersa est apud hebreos regnante iosia·Est et de hoc exempluꝫ
conueniens peccātis dauid qui penitencia quam fecit de pecca
to mortis vrie deum sibi placabilē fecit·et tamen post pecca=
uit iterum innumerando populū prout habetur·ij·Regum·c·
penultimo Quare sileant heretici et confundāt⁹ Secūdū fal
sum quod ipsi predicant est q̄ deus non nisi semel peccata di
mittit·Quibꝫ et si obstent auctoritates allegate in principio
huius secunde particule tamen ipsi curiose suū errorem confir
mare cōnantur dicuntq̄ꝫ·Q si baptism⁹ nō iteratur ergo nec
penitencia·Ad quod domin⁹ Boñ·in·iiij·di·xiiij·sic respondet
d·Q penitencia potest iterari baptism⁹ autem non·Primo q̄r
in baptismo imprimitur caracter qui est indelebilis ī peniten/
cia non Secundo quia baptismus est contra morbū non iterabi
lem qualis est morbꝫ originalis·Sed penitencia contra morbū
iterabilem qualis est morbꝫ peccati actualis·Et medicina de/
bet aptari morbo Et ideo baptism⁹ non iteratur penitencia ve
ro iteratur secundū q̄ voluntas nostra conuertitur et reuerti
tur·Concludim⁹ ergo q̄ de⁹ benedictus misericorditer subue
nit nostre fragilitati·Quisnā non nisi impie d̄ illo conquerit⁹ !
O peccator negligens O peccator obduratissime disrumpe vī
cula colligacionis agnosce blandiētem tibi dominū qui nō tā
tum semel sed millies millium et tociens quotiēs postulaue /
ris indulgenciam tibi cōferet indefesse Tercium q̄d in pecca
tis consideratur horrendum dicitur diuturna detencio quando
peccata diu retenta sūt ita ut de illis penitenciā quis differat
vsq̄ꝫ ad decrepitā senectutem extremūq̄ꝫ tempus vite·Et li/
cet periculosū sit sic differre posito tamē q̄ aliquis excederet
annos mathusalē quos expendit in iniuriaꝫ dei proposuit q̄ꝫ in

animo nūquam benefacere. cum anima tamen a corpore egre
ditur vere ingemiscit et dolet tanta est dei misericordia q̄ ei li
beralissime pcit. Hinc Iheronim⁹ ad paulā de dormicōne ble=
sille. Secura esto o mi Blesilla. Confidim⁹ probantes vera esse
que dicimus nunquā est sera conuersio Vox h̄ primū in latrone
dedicata est. Amen dico tibi hodie mecū eris in paradiso. Et
idem ad damasū papā ⁊ po. de. pe. di. iij. c. Importuna. Crist⁹
de cruce in paradisū latronez tulit et ne quis aliquando seram
conuersionē putaret fecit homicidij penā martirium Et Juli⁹
papa. xxvi. q. vi. c. Si presbiter. Vera enī confessio in vltimo
tempore potest esse quia domin⁹ non solū temporis sed eciam
cordis inspector est. Sicut latro vni⁹ momenti penitencia me/
ruit esse in paradiso in hora vltima confessionis. Et celestin⁹
papa in. c. Cognouim⁹ eadem cā. ij. q. ait. Perdidisset latro
in cruce premiū ad cristi dexterā pendens si illū hore vni⁹ peni
tencia non iuuisset. Cum esset in pena penituit et pro vnius
confessione sermonis habitaculū paradisi eo promittente pro
meruit. Vera ergo ad deū conuersio in vltimis positoꝝ mente
pocius est estimanda quā tempore ꝓpha hoc taliter asserente
Cum conuersus ingemueris tunc saluus eris. Et ad idem facit
illud dictum Cipriani in epistola. ij. ad demetrianum. In isto
mundo manenti penitencia nulla sera est. Patet ad indulgen
ciam dei aditus et querentibꝫ atq̄z intelligentibꝫ veritatez fa
cilis est accessus. O amplissima misericordia dei. O largissima
caritas summi creatoris que tanta est vt si daretur homo via
tor secum ferens peccata omnia que dyaboli commiserunt et
omnes homines qui in iudicio damnabuntur imo quot sunt in
celo stelle et in mari aque gutte in nemore frondes et in pra=
tis lilia et de illis penitenciam faceret ac humili mente deum
exoraret pro venia semper audiretur benigne.

Q̄ deus remittit penitentibꝫ propter misericordiaz suā pec
cata sine dilacōne et de iustificacione impij ac eius condicō
nibus.

Capitulum .iij.

Tercium misterium contemplandū circa misericordiam
dei dicitur acceleracōnis. Non. n. differt deus remitte
re peccata penitentibꝫ non tempus aliquod īterpoint⁹
videtur quasi sitire salutem peccatorum quibꝫ quam primum

fuerint contriti vel cōpūcti statim eis percit illosq; iustificat.
De ipsa vero peccatoris et impij iustificacione solet a doctori/
bus dubitari maxīe circa tria Primo circa tēporis circumstan
ciā. Secundo circa operis excellenciā. Tercio circa miraculi re/
lucenciā. Primo solet dubitari circa tēporis circūstāciā Vtrū
scilicet impius iustificetur in instanti. Et ad hoc intelligendū
notanda sunt tria. Primū notandū secundū Tho. i. ij. q. cxij Q
iustificacō est quedā motus quo anima mouetur a deo a statu
culpe in statū iusticie. Justicia autem dicitur tripliciter. Vno
modo prout importat rectitudinē ordinantē actuz hominis in
cōpacione ad aliū singularem hominē. Et sic est iusticia parti
cularis et virtus cardinalis. Secundo modo dicitur prout īpor
tat rectitudinē ordinantē actū hominis in cōpacione ad bonuz
cōmune multitudinis Et sic dicitur iusticia legalis Tercō mo
do dicitur iusticia secundū q īportat rectitudinez ordinantem
actū hominis in cōpacione ad bonū propriū cū homo subicitur
deo et vires inferiores subduntur anime racōni. Et hanc iusti
ciam phs. v. et h. appl'at metaphoricā. Ab hac igitur iusticia
tercio modo sūpta sumitur iustificacio passiue accepta. s. pro
fieri iustū non pro facere iustū. Et hoc eciam non per modum
simplicis generacōnis quia sic posset opetere ei qui non esset
in peccato dum iusticiā acciperet a deo sicut adā in principio
accepit iusticiā originalē cum adhuc non haberet peccatum.
Sed sumitur prout huiusmodi iustificacō in homine includit
racionē motus de contrario in contrariū. s. iusticia ad iniustici
am. Secundū notandū q ad iustificacionē impij concurrunt
quatuor per ordinē. Primū est gracie infusio. Secundū motus
liberi arbitrij per fidem formatā in deū. Terciū motus liberi ar
bitrij ī detestacōe peccati. Quartū est remissio culpe. Terciū
notandū secundum Ric. in. iiij. di. xvij. Q iustificacō impij quā
tum ad ea que sunt de eius essencia. s. quantū ad peccatoꝝ re
missionē et gracie infusionē fit in instanti. quia secundum glo.
Actuū. ij. c. super illo verbo. Factus est repente de celo sonus
tanquā aduenientis spiritus vehementis. Nescit tarda molimi
na spiritus sancti gracia. Secundo cōtingit dubitare de iu/
stificacōne impij circa operis excellenciā. Vtꝝ sit maximū op⁹
dei. Et videtur q sic. Nam in psal. dicitur Miseracōnes ei⁹ sup
omnia opera eius. Et ecclesia cantat. De⁹ qui omnipotenciam
tuam pcendo maxime et miserando maiestas. Et Aug⁹. ex/
ponēs illud Joh. xiiij. Maiora horum faciet. ait. Maius ē ut ex

impio iustus fiat quā creare celū et terrā Sed in contrariū ar
guere possum⁹. Primo quia per iustificacōnem impij conseq̄
tur aliquis graciā vie sed per glorificacōnez consequitur ali/
quis graciam patrie que maior est. ergo glorificacō angelo=
rum vel hominū est maius opus quā impij iustificacō Secundo
arguimus quoniā iustificacō impij ordinatur ad bonū particu
lare vnius hominis. Sed bonū vniuersale. s. vniuersi est maius
quā bonū vnius hominis ut patet in .i. eth. ergo maius opus
est creacō celi et terre quā iustificacō impij. Respondet Tho.
i. ij. vbi sup̄. Q̄ opus aliquod potest dici magnū dupliciter vno
modo ex parte modi agendi. Et sic maximū est opus creacō/
nis in quo ex nichilo fit aliquid. Alio modo potest dici magnū
aliquid propter eius magnitudinē quod fit. Et secundū hoc
maius opus est iustificacō impij que terminatur ad bonū eter
num diuine participacōnis quā creacō celi et terre que termi
natur ad bonū nature mutabilis. Vnde Aug⁹. cum dixisset. Q̄
maius est vt ex impio fiat iustus ꝛc. subiunxit Celū. n. et terra
transibit predestinatoꝝ autē sal⁹ et iustificacō permanebit.
Ad primū autem argumentū quod infertur. Q̄ glorificacō an
geloꝝ et hominū est maius op⁹ quā impij iustificacō dicendū
Q̄ aliquid magnū dicitur dupliciter. Vno modo secundū quan
titatē absolutā. Et hoc modo donum glorie est maius quā do/
num gracie iustificantis impiū. Et secundū hoc glorificacō iu
stoꝝ est maius opus quā iustificacō impij. Alio modo dicitur
aliq̄d magnū quantitate proporcōnis sicut dicitur mons par/
uus et miliū magnum. Et hoc modo donum gracie iustificantis
impiuz est maius quā donum glorie beatificantis iustum quia
plus excedit donum gracie dignitatem impij qui erat dignus
pena quā donum glorie dignitatē iusti qui ex hoc ipso q̄ est
iustificatus est dign⁹ gloria. Et ideo Aug⁹. vbi sup̄ dicit Iu
dicet qui potest. Vtꝝ maius sit iustos angelos creare quam
impios iustificare. Certe si equalis est vtrumq̄ possibile hoc
maioris est misericordie. Ad secundum dicendum q̄ bonū vni
uersi est maius quā bonum particulare vni⁹ si accipiat⁹ vtrū
q̄ in eodem genere. Sed bonum gracie vnius est mai⁹ quā bo
num nature toci⁹ vniuersi Tercō contingit dubitare de iu
stificacione peccatoris. Vtrū sit miraculosa Et respondit Ric.
et tho. Q̄ iustificacō impij et si fiat per potenciā supernatural'
agentis tamen miraculosa non est loquendo ꝓprie de miraculo
eo q̄ naturaliter anima est gracie capax Eo enim ipso q̄ facta

est ad imaginē dei capax est dei per graciam vt Aug⁹. dicit. xiiij. de tri. Si vero deus quandoqz tā vehementer animā moue ret vt statim quandā perfectionē iusticie assequeret² sicut fu it in conuersione pauli adhibita eciā exterius admirabili visi= one et prostracōne aliisqz circumstanciis miraculosis tunc ta/ lis iustificacio miraculosa diceretur. Ideo conuersio pauli tan/ quā miraculosa in ecclesia cōmemoratur celebriter. Quare ve ro deus nō occurrat semper ad iustificandos impios cū similibꝫ signis non interest nostra diiudicare. Nobis satis esse debet qꝛ post facinora et delicta postqz inueterata mala quandocūqz vo luerimus graciam eius et caritatē nobis conciliare semper ad vota illū inuenemus paratū non differre animaz peccatricē si eā cōpunctā viderit iustū facere. Redite ergo preuaricatores ad coꝛ et cognoscite miseriā animaꝝ vestrarū. Videte pericula inferni que vobis imminent. Cogitate clemenciā mansuetudinē pietatē et misericordiā omnipotentis dei et exuentes veterē ho minē reuertimini ad illū et agite penitenciā ut sic obtineatis graciā in presenti et in futuro eternā gloriā Amen.

Feria quinta post dominicā in septuagesima. De complacē cia quam habet deꝰ quando peccatores reuertunt² ad peni tenciam. Sermo .v.

cinam et temptabat leuare eam sed pre magnitudine non po/
terat. Et iterum cedebat alia ligna et addebat sarcine. In=
mittebatur quoque adhuc leuare illam et minus quam prius poterat. Quam
deponebat et iterum cedens alia ligna sarcine adiungebat et
fatigabatur sicut prius illam leuare et propter maius pondus maiorem
quoque grauitatem nequibat illam mouere. Fuit hec visio sibi exposita sic
Quod qui cedebat ligna et addebat sarcine homo peccator est qui peccatis o
neratus sepius illa leuare non sufficit. sed superaddens et alia intra se di
cit Postquam congregauero multa peccata plura prioribus tunc illa le
uabo et de illis penitenciam faciam Quarta fatuitas .d. cessacionis
cessat equidem multociens et deficit illud quod fuerat homo premedita
tus. Premeditati namque fuerant multi mori in senectute et
mortui sunt in iuuentute et mori in domo et mortui sunt extra
domum mori inter suos et mortui sunt inter extraneos
mori loquentes et mortui sunt lingue vsu priuati mori
in diuicijs et mortui sunt in egestate mori cum penitencia et mortui

sunt obstinati ·O vita fallax· O vita fragilis · O vita muta/
bilis cuius exitum nullus prescire mortalium potest vnde
sapiens Eccl' ·ix·capitulo ait ſNescit homo finem suum sed si/
cut pisces capiuntur hamo et aues comprehendunt laqueo
sic capientur homines in tpe malo cuz eis exemplo supuenerit
¶Quam miqui sunt qui penitenciam tardant et conuerti ad
dominum et agunt contra deum et angelos et contra seipsos
et contra omnem creaturam.

¶Capitulum tercium·

TErcium misterium contemplandum circa penitencie
dilacionem dicitur miquitas·Peccator namqz qui pe
nitenciam differt miquus est quadruplici iniquitate·
Prima est contra deum·Secunda contra angelos·Tercia cō/
tra seipsum·Quarta contra omnem creaturam Prima miq̄/
tas est contra deum cui apponit fel in escam iuxta illud psal·
Dederunt in escam meam fel ⁊ in siti mea potauerunt me ace
to·velut enim esca hominis est op⁹ bonuz quia in eo dñs delee
tatur tangꝫ inter flores scdm illud Cant·ij·ca·pascitis inter li
lia id ē mē munda opera·Esce ergo hominis fel apponit qui bo
nis operibꝫ que agit amaritudinem peccati admisset peniten
ciamqz refugit·Talis eciam qui senectutē ad penitenciam a/
gendam expectat deteriorem partem vite sue deo reseruat
et meliorem diabolo imolat·Secunda iniquitas est in ange/
los ·Impenitentes vtiqz pro suo modo quantum de se est āge
los affligere non erubescunt·Nam licet angeli beati impassi/
biles sint et omni iocunditate repleti tamen vt diximus in
precedentibꝫ de malorum conuersione gaudium aliqd acci=
dentale suscipiunt ·Hoc vero eis deesse necesse est cum
peccatores conuertuntur·Tercia iniquitas peccatricis aīme
impenitentis est in seipsam·Naz dum peccator differt conuiti
vult potius habere se malum quam bonum infirmum quaz
sanuz seruum quam liberum in statu latronis quaz in statu re
gis nichil habentem quam omnium bonorum ecclesie partici
pem mutilem quam multum valentem·Peccatū nempe facit
hominem malum infirmum mortuū seruuz latronē quia furat
bona dei pauperz et mutilē·Quarta iniqtas ē in omnē creaturā q
ꝓpt' duriciā hoiz petrorū creatūe irracōabiles quodāmodo pu
mūt Obscurat⁹ ē enī sol tpe passionis ꝓpt' iudeorū crudelitatē
pierī in diluuio tot aialia ⁊ volucres celi ꝓpt' petā hoiz·Male/
dicta fuit t'ra ꝓpt' peāta ꝑmoꝝ pētū Exp gisimī g̊ o pet̄es

tardi. Ecce nunc tempus acceptebile inquit apl's. ii. Cor. vi. ecce nunc dies salutis. Nemini dantes vllam offensionem nec deo nec angelis nec vobismetipsis nec eciam creaturis p tarditatem conuersionis vestre. Et sic facientes accipietis hic a deo graciam et in futuro gloriam. Amen

Dominica ī Sexagesima De fructuoso et vtili verbo dī quo mediāte om̄es gētes crediderunt in Cristum saluatorem nostrū.

Sermo. viii.

Semen est verbum dei. Scribuntur hec verba Luc̄. viii. c. et in euangelio hod. erno et presētis dominice. Nichil taz efficax esse potest ad conuersionem cuiuslibet peccatoris et cuiuslibet virtuosi confortacionem sicut deuota et frequēs audicio verbi diuini. Scimus etenim per predicacionem euangelij mundum totum ab idolatrie errore reuocatum Nam antea omnes gentes vna excepta populi iudeorum deos falsos cū damnatissimis supstitionibꝫ excolebant. At vbi vox euangelij audita est in omni terra omnis error ab eius conspectu fugatus est tanquam si tenebre a lucis radijs fuissent depulse. Ex hoc inquit eusebius panphili libro primo de euangelica preparacione. Non enim per se qui cristum secuti sunt matres suas nefandis nupcijs cognoscunt non humanis vescuntur carnibꝰ scythe quoniam ad eos vsqꝫ predicacio cristi peruenit nec carissimos falsa religione impulsi filios iugulant. Hec certe ac talia pene infinita hominum quondam vitam vexabant. Massagethe ac derbices traduntur propinquos atqꝫ affines suos qui senectute conficiebantur miserrimos putasse ac ideo imolatas carnes eorum quos plurimi fecerant deuorabant Tibareni viuos seniores suos precipitarunt. Hircham rapacis generis auibꝫ ac canibꝫ proicere soliti. Que quidem cuncta religiosissime faciebant. Nunc vero sola euangelica virtute vndiqꝫ truculentissima hec pestis expulsa est hec ille. Et vt plenius intelligatur ab omnibus quanta sit virtus diuini verbi in hoc sermone de ipso conuenienter tractabimus eo q̄ saluator omnium in verbis allegatis in themathe dixit, verbum dei fore semen scilicet spiritualium carismatum et

donorum in quibꝫ v̄bis tria misteria sunt declaranda.

Primuꝫ ē de verbi dei p̄dicati dig̃tate
Scd̄m de p̄dicātis verbum q̄litate
Terciū de audicionis eius vtilitate

Q̄ quīqꝫ sūt egregie ⁊ excellentissime dig̃tates v̄bi d̄i ⁊ officij p̄dicādi.

Ca. .i.

PRimum misteriuꝫ declaranduꝫ ē de dig̃tate v̄bi dei p̄dicati seu officij predicādi Et ad hoc intelligendū sb̄ notabimꝰ quinqꝫ excellencias de dignitate eius Prima dicitur cristi exercitacio Scd̄a apostolorum electio Terci a miraculorum coruscacio Quarta predicatorū defensio Quinta ecclesie sb̄limacō Prima excellencia verbi diuini et officij predicādi dicitur xp̄i exercitacio Dn̄s quidez ihesus deꝰ d̄i filius predicare voluit et p̄dicacionis officium exercere vnd̄ Mathei.iiij.di.cepit ihesus predicare et dicere Penitenciaꝫ agite. Et Luc̄.viij.de ipso dicitur Iter faciebat per ciuitates et castella predicās et euangelizans regnum dei Et ut colligitur ex dictis euangelistarum precipue. Johannis. viij.et xviij.capitulis sepius docebat predicando in templo et ī synagoga verumtamen non ab re querere quis potest vtrum cristus debuit solum iudeis et non gentilibꝫ predicare. ad qd̄ rn̄det Thomas tercia p̄te.q.xlij. Q̄ cōueniens fuit predicacōz xp̄i tā p̄ apostolos q̄ p̄ ipsū a p̄ncipio solis iudeis exhiberi triplici racione Primo racione impletionis Scd̄o racione ordinacionis. Tercio racione triumphacionis prima racio dicitur impletionis predicauit enim cristus iudeis ut impleret promissiones factas antiquis patribꝰ non autem gentilibus quoniam populus ille iudeorum tantum viuebat sb̄ d̄i veri cultu vnde apostolꝰ Ro.xv.ait. Dico xp̄m ministruꝫ fuisse circūcisionis idest predicacōnis iudeorū ꝓpter veritatez d̄i ad ꝯfirmādas ꝓmissiōes patrū Et ut eciā Jeroꝰ.di.sup illd̄. Mathei.x.in viā gēciū ne abieitis oportebat p̄mū aduētū xp̄i nūciari iudeis ne iustā haberēt excusacōz dicētes. Jd̄o se dn̄z reiecisse q̄ ad gentes trāsierit verūtamē sic̄ nō debuit a principio indifferenter suam doctrinam gentibꝫ communicare ita eciam non debuit gentiles omnino repellere ne spes salutis eis p̄cluderet. Ideo aliq̄ gētiliuꝫ p̄ticularit̄ sunt admissi sicut samarithana Jo.iiij.⁊ chananea Math̄.xv. ꝓpt̄ excellēciam fidei et deuotionis earum. Secunda racio quare cristus tantuꝫ iudeis ⁊ nō gētilibꝫ p̄dicauit dicit̄ ordīacōis Exigebat nāqꝫ debitꝰ ōdo ut iud̄is q̄ erāt ꝓpinq̄ōes p̄ fidē ⁊ cultū vniꝰ dei

pruis doctrina xp̄i ꝓponeret⁹ ⁊ per eos transmitteret⁹ ad gē
tes sicut et in celesti ierachia per superiores angelos ad infe/
riores diuine illuminacōes puemūt · vnde · Iero · super illd ma
thei · xv · Non sum missus nisi ad oues q̄ perierūt dom⁹ israhel ·
Non inquit hoc dicit quin ad gentes missus sit sed ꝙ p̄mū ad
israhel missus est · Et hoc predixit Isaias vltimo · c · Mittaz ex
eis qui saluati fuerunt scilicet ex iudeis ad gentes in mare in
affricam in lidiam tenentes sagittam in italiam in greciā ad
insulas longe ad eos qui non audierūt de me et non viderunt
gloriam meam et annunciabunt gloriam meam gentibꝫ Ter
cia racio quare crist⁹ voluit iudeis et non gentibꝫ predicare
dicit⁹ triūphacionis vt ostenderet triumphum et victoriam
crucis et passionis sue per quam meruit potestatem et do/
minium super gentes secundum illud · Mathei vltimo · Data
est michi omnis potestas in celo et in terra · Maioris siquidē
potestatis et virtutis ostensiuum fuit post passionem suam p
apostolos reducere gentes quam si ante passionem ipse perso
naliter eis predicasset Scd̄a excellencia verbi diuini et offi
cij predicandi dicitur apostolorum electio · Ad hoc siquidem
illos elegit cristus ut ad predicandum illos mitteret · vnde ·
Io · xv · dicebat eis · Ego vos elegi de mundo ut etatis et fruc
tum afferatis et fructus vester maneat · Post passionem vero
suam et resurrectionem dixit eis illud · Marci vltimo · Euntes
in mundum vniuersum predicate euangelium omni creatuē
Et illud · Mathei vltimo · Euntes docete omnes gentes · Q̄ et
ipsi perfecerūt de q̄bꝫ di · ī psal · In · o · ter · ex · so · e · et ī · fi · or · t̄ ·
v̄ · eo · Ipsa vero expiēcia docet ꝙ ex eorū doctrina mund⁹ to/
tus illuīatus ē Sz h̄ q̄ri ab aliq° potest · Vtrū apostoli ex diui/
ne gracie presencia aut aliq̄ vi seu arte ꝓpa predicando popu
lorum corda mentesq̄z attraxerunt ad cristum · Et dico ꝙ nō
potuissent tam cito euangelium omnibꝫ gentibꝫ cum illoruz
em̄dacōe p̄dicaē n̄ eis affuisset v̄t⁹ diuīa ⁊ sp̄us sācti gr̄a scd̄z
illd̄ · Mārci vltīo p̄dicauer̄t vbiq̄z dn̄o coopāte ⁊ s̄mōez cōfir-
māte sequētibꝫ signis Nā tria sūt illa q̄ vel p naturā vel ar/
tez hoīes inducere possūt ad aliq̄d credēdū vel opandū q̄ ta/
men in apostolis xp̄z p̄dicātibꝫ nō sunt inuēta Primū est dya
letica et loical' argumētacio Scd̄z est r̄thorica psuasio · Tēciū
est bonorum temporalium promissio Primum est dyaletica ⁊
loicalis argumentacio Argumentum namq̄z ut loici tradunt
ē racō rei dubie faciēs fidē hijs āgum̄tis omoti sūt pleiq̄z ad

sequendum platonez alij aristotelem alij phytagoram alij re
liquos philophos et eorum discipuli facti inimicis insuper ar
gumentacionibus. Arrij Apollinaris Manicheus valentini Cher
inthus Photinus Nestorius Paulus samosithanus Carpocrates
Appelles. Marcion Hermogenes. Sabatus. Macedonius.
Florianus. Tertullianus. Pelagius Nestorius et ceteri alij su
arum hereseum venena pestifera dissemmauerunt quibus con
taminati fuere et populi et naciones. Secundum quod potest ho
mines inducere ad aliquid credendum vel operandum dicitur ri
thorica persuasio. Inquit enim seneca ad lucilium incredibile est
quod facile magnos viros dulcedo oracionis abducat a vero. Et
idem de consolacione ad paulinum ait potest eloquencia que p
ua sunt approbare pro magnis. rursus magna attenuare et
ad pua reducere et. Tullius libro. ij. de oratore sic loquitur.
Quid admirabilius q̄m res splendore illustrata verborum. Tan
tam vim habet illa que recte a bono poeta dicta est vox atq;
minimarum regina rerum oracio ut non modo melmantem erigé
aut stantem melmare sed ecias aduersantes atq; repugnan
tem ut imperator bonus ac fortis capere possit hec ille. Sūt ad
hoc apposita exēpla. Mā recitat. Valerius quanta sit vis elo
quencie. Et Tullius in questionibus tusculanis. Q. egesias cy
renaicus philosophus quidam cyrene ciuitatis egipti adeo co
piose differebat de bono mortis mala vite plenissime demon
strādo q̄ multi auditis illis sibi inferebant mortes quapropt̄
a rege ptholomeo prohibitus est illa amplius edocere. Re
fert adhuc. Valer. de studio et industria. Q. cato celorinus tā
eloquens fuit q̄ nunquam ab aliquo grauatus per alium de
fendi voluisset. Et ut plinius dicit in libro de viris illustribus
quadragesies quater accusatus per se solum causam dixit op
time q̄ fuit absolutus. Et ut Tullius in primo questionum tus
culanarum scribit. Fuit in eo tanta eloquencia quāta illis tem
poribus dici potuisset. De tullio insuper sic ait. Lactancius. li.
ij. di. institu. Tullius summus philosophus secte academice
perfectus orator sua eloquencia corda hominum in manibus su
is habuit ut quicquid vsq; eloquij per latinorum aures flux
it ab hoc fonte progressum est Quāta aūt vis dicendi fuerit in eo
ante potit plutarchus vitā eius describēs. d. enī q̄ cū cicero veīt
rodū ad apollōiū milesium claissimū oratorē t̄ posidonium philo
gloriosum audit. Apollonium cū eēt exps latie lingue rogasse ci
ceronē ut grece aliq̄d declaret q̄ cicero libēs fecit ex illa decla-

racione omnes in stuporē versi non poterant saturari de laudi
bꝫ·ciceronis sed et Apollonius venit in tantam admiracionē
ꝙ velut per extasim tractꝰ non intelligebat et per multā mo
ram tacitꝰ sedit dixit tandē· Te nempe Cicero laudo et admi/
ror· Sed me fortuna grecorum misit ut videam erudicionem
et eloquenciam q̄ sola bonoruꝫ nob̄ relicta erat per te romam
accessisse Subdit et idem plutarchꝰ de facundia ciceronis ·Q̄
dum orauit apud cesarem pro quinto ligario qui ex aduersa
riis cesaris erat tanta gracia admirabilis fuit vt cesar in plu
rimos colores vultū verterit manifestumqꝫ fuit ꝙ animꝰ ce
saris mutabatur ·Pharsalicā tamen pugnam cū orator attin
geret cesar velut amens corpore ac mente alienatꝰ est quos
damqꝫ emanibꝫ suis fluxisse libellos dicunt· Quare cesar dul
ci oracione victus eum crimine liberauit Tercium qd̄ po/
test homines inducere ad aliquid credendum vel operandum
dicitur temporalium bonorum promissio Sic Maumeth d̄mul
sit aures omnium eorum qui ipsum colunt et venerantᵘ· Pro
misit eis diuicias concessit lasciuias et ad omnem voluptateꝫ
libere laxauit habenas· Quid igitur de apostolis predicanti/
bus euangelium tenendum est? An ipsi dyaletici aut rethori
ci vel forte temporalia promittentes? Absit d̄ illis etenim ait
augꝰ·li·xxij·de ciuitate dei capitulo quinto· In eruditos libe
ralibꝫ disciplinis ⁊ omnino quātū ad istorū doctrinas attinet
impolitos non peritos gramatica non armatos dyaletica non
rethorica inflatos·piscatores cristus cum retibꝫ fidei ad ma
re huius seculi paucissimos misit atqꝫ ita ut ex omni genere
tam multos pisces et tanto mirabiliores quanto rariores eci
am ph̄os cepit h̄ ille Neqꝫ īsup tp̄ale aliquid policebātᵘ apo
stoli predicando quandoquidem et ipsi aspernabantᵘ tempo=
ralia cuncta spernendaqꝫ ꝓ eterna īmōtaliqꝫ vita clamabāt
Fuerunt igitur ipsi tube spiritus sancti superno munere dei
ad officium predicacionis deputati Tercia excellencia ver
bi dei et officij predicandi dicitur miraculorum choruscacio·
concomitatᵘ quippe sepenumero v̄bū dei claitas miraculorū
Nam scd̄ꝫ Tho·ij·ij·q·clxxviij·deꝰ facit miracula maxīe ꝓpt̄
tria Primo ꝓpt̄ sāctitatis alicuiꝰ d̄mōstracōꝫ· Scd̄o ꝓpt̄ fidi
approbacōꝫ Tercō ꝓpt̄ veritatis predicate confirmacionem
Primo facit deus miracula ad ostēdendam sanctitatem alicu/
iꝰ quē pro merito vite vult preponere aliis ī exemplū v̄tutis
sicut fecit d̄ magno antonio machario et aliis Secūdo facit

de⁹ miracula ut fidē approbet · vñ glo · sup illd · psal · vt det il
lis hereditatē gētiū ait Hec fuit ītēcio miāculorū ut credrēt
gētes Tercio facit de⁹ miracula ad cōfirmādā veritatē p/
dicatā Et sic facta sunt miracula et signa predicātibꝫ aposto
lis apostolicisqꝫ viris · Quisnam explicet quot signis claruit
confessor domini gloriosus sanctus · Antoni⁹ de ordine mino
rum predicator egregius ! Referam ex multis qd̄ in eius le/
genda magna continetur Dum enim quadam die in ciuitate
bituricensi populo predicaret tam ingens multitudo ad eum
audiendum conuenit ꝙ nullus locus ciuitatis illā capere pos
set · vnde canonici ciuitatis processionaliter ciuitatem exeun/
tes cum populo ad quoddam pratum latissimum peruenerūt
Dum autem beatus antonius predicare cepisset subito tem=
p⁹ surrexit ⁊ tempestas valida adeo ꝙ omnes timere ceperūt
tam de pluuia futura q̄ de choruscaciombꝫ et tonitruis ⁊ sic
ceperūt fugē et velle abire qd̄ cernens beatus antonius dixit
eis Ego pro parte domini nostri ihesu xp̄i vob̄ dico · Q̄ null⁹
vestrū aliquid mali habebit Stetis firmi et non timeatis qui
eius verb̄ fidentes immobiles ad audiendum predicacionem
eius steterūt et cum grando grossissima descendisset super t̄/
ram circa audientes nec grando nec pluuia descendit cum ta=
men grando ex nimietate ad altitudinem magnam omnez lo/
cū ambijsset · quo viso miraculo cuncti gr̄as deo dederūt · Et
hoc miraculum sculptū est in lapide in frōtispicio ecclesie ma
ioris bituricen̄ · quid dicam d̄ sancto petro martire ! quid d̄ sā
cto patre nostro frācisco ! quid de sancto dn̄ico ! quid deniqꝫ d̄
sancto bernardino ! Longum certe esset singillatim eorū mi
racula ꝓ confirmacione euangelij diuinit⁹ facta enarrare
Quarta excellencia diuini verbi et officij predicandi dicitur
predicatorum defensio · Defendit equidem illos deus qui no=
men eius predicant maxime a tribꝫ Primo ab emulis Se
cundo a dyabolis Tercio a periculis Primo defendit de⁹
predicatores ab emulis · Nam ut scribitur secundo questiōe
tercia in capitulo · quicūqꝫ contristauerit doctorem veritatis
peccat in cristum et patrem omnium exacerbat deum ꝓpter
qd̄ et vita carebit · Hinc legitur in vita beati · Amandi epi/
scopi · Q̄ cum predicaret quidam ioculator irridebat eum q̄
arreptus a dyabolo iniuriam factam sancto ex verbis eius
fatebatur et se discerpens et lacerans vnguibus et denti/
bus expirauit · Legitur adhuc de · Beato frācisco · Q̄ dum

predicaret in castro Citerne q̄dam mulier superueniens cū cim
balo pulsabat et eius p̄dicacōz irrisōbat et a sancto Francisco
premonita ut desisteret noluit obedire tādem sanct⁹ Francis
cus dixit Tolle tolle diabole qđ tuū est Et statiz capta ē mu/
lier misera et in aerē leuata ac deinceps amplius non visa· Se=
cundo defendit de⁹ predicatores vbi fui a dyabol' ·Legim⁹ e
nim de beato antonio de padua q̄ vltima quadragesima ante
obituz suū vacans p̄dicacionibz et confessionibz audiendis in
p̄cipio ipsi⁹ quadragesime a dyabolo temptat⁹ est suffocari
Qui nom̄ v̄gims Marie duo te muocās et crucis signuz fronti
ip̄mēs totā cellā lumine diuino circūfulsā cōspexit ·et dyabo/
l⁹ statim aufugit· Tercio defendit de⁹ predicatores a pericu=
lis sicut patz in paulo q̄ de seipso ·d·in epistola hodierna q⁹ fu
it ī pericul' flumin̄ piculis latronū pericul' ex genē pericul' ex gē=
tibz ꝛc̄ Quita excellencia vbi dei et officij p̄dicādi dicit⁹ ec=
clesie sublimacō· Sublimat enim ecclesia sācta officium p̄dicā
di triplicīter Primo mulierū exceptione Secō laicorū prohi/
bicione Tercō prelatorū obligacione Primo ecclesia exci
pit mulieres ab officio predicandi· iuxta illud· i· Corin· xiiij·
Mulieres in ecclesijs taceant Et· i· Thi· ij· Docere mulieri n̄
permitto Et de· cōse· di· iiij· c· Mulier Mulier quamus docta
et sancta viros in conuentu docere vel baptizare aliquos non
presumat· Ad idem facit capitulum· Mulierem· xxxiij· q· v· ⁊
capitulo· Mulier· xxiij· di· Racio autem quare mulieribz inte:
dicitur actus predicandi secudum Tho· ij· ij· q· clxxvij· potest
esse triplex Prima ꝓpter condicionem sexus femmei cui ꝓp
ter peccatū ouenit subici viro· Docere autem publice non pe:
tinet ad subditos sed magis ad prelatos· Secunda racio est
ne animi hominum alliciantur ad libidinē· quoniam ut ait sa
piens eccl' ·ix·c· Colloquium mulieris quasi ignis exardescit
et speciem eius admirari reprobi facti sunt· Tercia racō assig
natur quia ut communiter mulieres sunt insip[illegible]entes et non sunt
in sapiencia perfecte vt eis posset conuenienter publica doc/
trina committi· Priuate tamen possunt mulieres docere que
scunt· Secundo ecclesia magnificat officium predicandi lai/
corum prohibicione quia prohibet laicis ommibus publice
predicare· vnde gregorius nonus archiepiscopo mediolanen
si ait illud qđ notatur extra de hereticis· capitulo Sicut in v/
no· Cum nonnulli laici predicare presumant et veren=
dum existat ne vicia sub specie virtutum occulte subintrent·

Nos attẽdentes q̃ doctorũ ordo est quasi precipuus i ecclesia dei mãdam⁹ quaten⁹ cum alios dñs apostolos dederit alios ꝓ phetas alios vero doctores interdicim⁹ laicis vniuersis cuiuscunq; ordinis cẽsẽat⁹ officiuz p̃dicãdi. Ad hoc ꝓpositus diffuse loquitur Capitulũ. Cuz ex iniucto. eẽ. eodẽ. Raco aũt assignatur i glosa sup̃ dicto. c. cuz ex iniucto Quia singula officia singulis debent esse cõmissa sicut eciam aperte p̃z. lxxxix. di. ca. singula. Et non solũ de p̃dicacõe sed eciam de quibuslibet aliis negocijs ecclesiasticis se intromittere laici nõ debẽt sicut patet extra de iudicijs. c. Decernim⁹. Et de rebꝰ ecclesiasticis non alie. c. cum laicis et de arbitris. c. Contingit et de constitu. Ecclesia. et. lxxxvi. di. c. Bene q̃dẽ. Tercio ecclesia magnificat verbum dei et sublimat illud prelatorũ obligacõe Obligat enim p̃latos ut de p̃dicacõe sollicitã curã habeant. vnde eẽ de officijs. iudi. ordinarij. c. Int̃ cetera sic habet⁹. Int̃ cetera que ad salutem spectant populi xp̃iani pabulum verbi dei per maxime sibi noscitur necessarium quia sicut corpus materiali sic anima spirituali cibo nutritur eo q̃ non in solo pane viuit homo sed in omni verbo q̃d procedit de ore dei. vnde cũ sepe contingat q̃ episcopi propter occupaciões multiplices vel mualitudines corporales aut hostiles incursus seu occasiones alias ne dicamus defectum sciencie q̃d in eis reprobandum ẽ ommino nec de cetero tollerandũ p̃ seipsos non sufficiunt ministrare verbũ dei populo maxime per amplas dioteses et diffusas generali constitucione sancim⁹ ut episcopi viros ydoneos ad sancte predicacionis officium salubriter exequendũ assumant potentes in opere ⁊ sermone qui plebes sibi cõmissas vice ipsorum cum per se idem nequiuerint sollicite visitantes eas vbo edificẽt et exẽplo quibꝰ ipsi cũ indiguerint congrue necessaria subministrent ne pro necessariorum defectu opellã/tur desistere ab incepto. hec ibi Jn clementina vero dudum de sepulturis apostolica auctoritate conceditur predicatoribus et minoribus ut in eorum ecclesijs locis et plateis cõmunibus populo et clero libere valeãt predicare ea hora dumtaxat exceptа qua ipsi ordinarij locorum per se predicarent aut coram se facerent sollempniter predicari nisi contrarium ex eorum voluntate manaret Arbitror autem et ego dispositione spũs sancti actum esse ut prefata lumina predicandi minoribꝰ ⁊ p̃dicatoribꝰ impertiretur quoniam nisi ipsi ceteriq; mendicantes excolerent vineam domini sabaoth vtique vepres ⁊ spine

iam implerent illā cunctaq; erroribꝰ multiplicibꝰ et heresibꝰ essēt maculata. Hij pauperes frēs defudāt studijs lr̄arum ut p̄dicacōnū suarum fulgore orbem illuminent.

Utinam sic fieret [illegible]

Q̄ quinq; sunt cōdiciones necessarie in vno q̄ qui vult bene fructuose et vtiliter predicare verbum dei.

Capitulum .ij.

Secundum misterium declarandum est d̄ qualitate seu condicione predicātis verbum dei et notabimꝰ quinq; p̄cipuas cōdiciones quas habere debet qui officiū predicacionis exercet Prima dicitur sciencia. Secunda mundicia Tercia sapiencia Quarta caritas Quinta paciencia. Prima cōdicō que in vno quoq; predicāte inueniri debet dicitur sciencia vbi Aduertendum scd̄m. Alex. de ales in .iij. volumine sūme q̄ triplex est doctrina. Prima simplicis exhortacōis Secunda assūpte professionis. Tercia predicacōnis Prima est doctrina simplicis exhortacōnis qua potest vnusquisq; fraterna admonitione corrigere et docere proximū suū et h̄ cōmunis est omnium scd̄m quaz om̄es scire tenentur symbolum oracionem dn̄icam p̄cepta decalogi peccata capitalia opera miscd̄ie et ecclesie sacramenta. Secunda doctrina dicit' assūpte professionis. E scd̄m hanc vnusquisq; scire debet ea que pertinent ad facultatem suam ad minus conpetenter. Sic medici scire debent regulas medicine et non iuriste. Juriste vero scire debent sentencias legum et non medici et sic de alijs. Tercia doctrina dicitur predicacionis cuius ministri idest p̄dicatores scire tenentur non tantum credenda sed eciam exposiciones preceptorū ita ut saltem ꝯpetenter docti possint alios instruere et docere. vnde ext̄ de hereticis. c. Ex iniūcto d̄r Sciencia valde necessaria est sacerdotibꝰ ad doctrinam quia iuxta verbum ꝓpheticuz labia sacerdotis custodiunt idest custodire debent scienciaz scd̄m glosā. Que verba eciam notantur. xliij. di. c. Sit rector. Et. viij. q. i. c. Oportet. vbi sic habetur. Oportet eum qui docet et instruit animas rudes esse talē ut pro ingenio discencium semetipsū possit aptare et verbi ordinem ꝓ audientium capacitate dirigere. Debet ergo apprime esse eruditus et doctus. Et xvi. q. i. c. Sic viue. Et. c. Si clericatus d̄r. Multo tēpore disce ⁊ postmodū doceas. Et. xxxviii. di. c. ignorātia. Sacrum cōsiliū inquit. Ignorātia mr̄ cūctorū errorum maxime in sacerdotibꝰ vitanda est qui docendi

officium in populo susceperūt. Sacerdotes enim admonentur legere sanctas scripturas. Paulo apostolo dicente ad. Thi. Attende lectioni exhortacioni et doctrine. Et ad hoc facit capitulo. Si in laicis et capitulo Nulli sacerdotum et capitulo. Si iuxta et capitulo qui ea prefata. di. xxxviij. et. lix. di. capitulo Ordinatos dicitur. Qui minime literis operā dedit preceptor esse non potest literarum et Jeronim⁹ ad Nepocianuz ita scribit. Diuinas scripturas sepius lege ymo nunquam de manibꝫ tuis sacra lectio deponatur. Sermo sacerdotis scripturarum sale condit⁹ sit. Nolo te declamatorem esse et fabulū garrulumqꝫ sed misterij peritum et sacramentorum dei tui eruditissimuz. Verba voluere et celeritati dicendi apud imperitū vulg⁹ admiracōe sui facere indoctorū hoīm est. Ex quibꝫ omnibus colligitur ꝙ nullus predicare debet nisi sit doct⁹ ita ut saltē in eo sit mediocris sciencia et si non multū eminēs vt habetur extra de electione. ca. Cū nob sed ut Jero. inquit ad paulinuz. Qd medicorū est ꝓmittūt medici tractāt fabrilia fabri. Sola scripturarū ars ē quā sibi omnes passim vēdicant. Scribim⁹ indocti doctiqꝫ poemata passim. Hanc garrula an⁹ hanc delirus senex hanc sophista verbosus hāc vniūsi presumunt lacerāt docēt añquā discāt. Alij adducto supcilio grādia v̄ba trutinantes inter mulierculas de sacris literis philosophant². Hec ille. Sed nonnulli impiti illiterati et ydiote presūptionis vento tumefacti scienciam damnant studia literarū sacrarum vituperant. laudant vero ignoranciam et rusticitatem. Asserunt enim cristum humilimos piscatores apostolos scilicet ad predicandum misisse Qd paulus p̄mo corin. ij. ca. approbat. d. Que stulta sunt mūdi elegit deus ut confundat sapientes. Si igitur apostoli omnino rudes ad predicacionem euangelij sunt electi non videtur racioni consonum dicere sciēciam fore predicantibꝫ necessariam. Talibꝫ sic arguentibus Respondet Jeronim⁹ ad Paulinum Sancta quippe rusticitas solum sibi prodest et quantum edificat ex vite merito ecclesiā xp̄i tātū nocz si d̄struētibꝫ ñ r̄sistat. Mala. ꝓpha ymo p. ma. dn̄s īterrogat sac̄dotes legē ī tātū sac̄dotis officiū ē īterrogatū rn̄dē d̄ lege et ī deutro. legim⁹ īterroga pr̄ez tuū et ānūciabit tibi seiores tuos ⁊ dicēt tibi ī. psal. q̄z. c. xviij. Cātabiles m̄ erāt iustificacōes tue ī loco pegnacōis mee. Et ī descripcione viri iusti cuz eum arbori vite dauid que ē in paradiso compararet inter ceteras virtutes hoc eciam nitulit. In lege dn̄i

vo·eius·et in lege eius meditabitur die ac nocte Daniel in fi
ne sacratissime visionis iustos ait fulgere quasi stellas ⁊ intel
ligentes idest doctos qsi firmamentū vides quantū inter se di
stant iusta rusticitas et docta iusticia·Alij stellis alij celo com
parantur· quamq; iuxta hebraicam veritatē vtrūq; de erudi
tis possit intelligi·Ita enim apd eos legim9 · qui autem doc
ti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti et qui ad iusti
cíam erudiunt multos quasi stelle in perpetuas eternitates ·
Cur dr·Paulus apostolus vas electionis ? Nempe qua vas le
gis et scripturarum sanctarum armarium erat·Pharisei stu-
pent in doctrina domini et mirantur in petro et iohanne quo-
modo legem sciant cum non didicerint lras· quicquid enim
alijs exercitacio et quotidiana in lege meditacio tribuere so/
let hoc illis spiritus sanctus suggerebat et erāt iuxta qd scip
tū est docibiles deo hoc ille ·Ex cuius verb clare dēplendim9
q licet apostoli sciencíam non habuerint acquisitam tamen
illam habuerunt infusam Similiter et pater noster francisc9
ex dono spiritus sancti tantam plenitudinem gracie et sciencie
accepit ut predicans omnes in stuporem conuerteret audien
tes vnde·d·Bona·ij·parte legende maioris de eo sic ait ·E/
rant eloqua eius non inania nec risu digna sed virtute spiri/
tus sancti plena erant medullas cordis penetrancia ita vt in
vehementem stuporem audientes conuerterent·Et i·xij·par/
te legende inquit ·Erat verbum eius velut ignis ardens pe/
netrans intima cordis omniumq; mentes admiracione reple-
bat cum non humane inuentionis ornatum pretenderet sed
diuine reuelacōis afflatu redoleret Scd̄a condicō quam p̄-
dicator habere debet dr mūditia·Debet enim esse mund9 ⁊ im
maculat9 non solum in se sed proximis exemplo bono illos e-
dificās qz ut inquit gregorius in omel'·Cuius vita despicāt9
restat ut eius predicacio ptemnat9·Et·Iero·ad ·Nepotianū
ait Nō cōfūdant opa tua sermōes tuū ne cū in ecclesia loq̄ris
tacitus ās rūdeat Cur ergo q̄ dicis ipse non facis ? Delicatus
magr ē qui vētre pleno de ieuunijs disputat·Et·Io·crisos ·
di·xl·c·Multi·ait·Si bene vixeris et bene docueris populus in
struus·Si bene docueris et male vixeris tui solius condemna
tor es Nam bene viuendo et bene docendo populū instruis q9
modo debeat viuere Bene autē docendo et male viuēdo deū
instruis quomodo te debeat condemnare·Ad hoc ꝓpositū eci
am ·Lactañ·in·iij·li·di·inst·ait· Homines malūt exēpla q̄

verba quoniam loqui facile est prestare difficile. Vtinaz qdē
tam multi benefacerent q̄ multi bene loquuntur. Et idem in
tercio. li. inquit Qui docent tantum nec faciunt ipsi precep /
tis suis detrahunt pondus hec ille. Nec sufficit extrinsec⁹ exē
plum bonum prebere nisi et mens ipsa predicatoris intrinse/
cus fuerit munda quia ut inquit Gregorius super ezechielē
Sermo dulcedinem non habet quē infra consciencia vita re
proba remordet Tercia condicio predicatoris verbi dei dr
sapiencia siue prudencia. Debet namqz prudenter doctrinam
cōmunicare ita ut non semper omnia dicat nec semper om̄ia
taceat sed pro loco et tempore scdm qd viderit auditoruz v=
tilitati melius cōuenire hinc greg⁹. in pastorali ait illud qd
pōit². xliij. di. c. Sit rector Sit rector discretus in silēcio vtilis ī
verbo ne aut tacenda ꝓferat aut proferenda reticescat. Naz
sicut in cauta locucio in errorem protrahit ita indiscretum si=
lencium eos qui erudiri poterant in errorem derelinquit. Se=
pe namqz rectores inprouidi humanam graciaz amittere for
midantes loqui libere recta pertimescunt hec ille. Et licet in
quolibet officio publico exigatur prouidencia ipsa tamē mul
tū est necessaria hijs qui predicāt verbum dei ita ut locis per
sonis et temporibꝫ suos sciant aptare sermones. Nam secun
dum apostolum Sapienciam loquimur inter perfectos paruu
lis autem lac damus in potum Verumtamen ꝑsepe contrari/
um fieri videmus ab insipientibꝫ Predicauit quidam tempoē
meo coram vetulis septem vel octo de ludo alearum et ebdo/
mada sequenti de vicio sodomie. Alter vero in die spirit⁹ san
cti coram ingēti multitudine doctorū virorū laudes narrauit
sancti Bernardini et similia multa omitto ne videar ꝓbos pa
tres velle corrigere. Illud tamen silencio non est pretereun
dum. Q̄ quidam qui feruentes sed vere pocius furentes vo=
cari possūt gloriantur sub specie dtestacionis viciorum talia
publice tamqz sordida et obscena spurcissimaqz verba fant²
qualia minus quilibet histrio ioculator satyra et fetidissimus
leno loqui erubesceret. Ex quorum imprudenti doctrina quā
plures ne dum peccata quedam que ignorabant didicerūt ve
rum eciam et illa perpetrari conati sunt. O reprehensibiles. O
viciosi. O deniqz nefandi viciorum corruptores. Audite beati
Francisci consilium in regula sic d. Moneo q̄z et exhortor fra=
tres meos in domino ihesu xp̄o ut in predicacione quam faci
unt sint examinata et casta eorum eloquia ad vtilitatem et

edificacōz populi annunciando eis vicia et v̄tutes penā ⁊ glo
riam cum breuitate sermonis. Nonnulli gloriantur populuz
induxisse ad risum et trufas. Contra quos Jeronim⁹ ad nepo/
cianum ait Lacrime auditorū laudes tue sint h̄ ille Tales aūt
magis dicendi sunt trufatores q̄ p̄dicatores qui quibusdam
gesticulacōibꝫ et trufis conantur populum in risum vertere
Igitur qui prudens est vicia hec reprehensibilia de quibꝫ dixi
m⁹ vitare curat Quarta condicō p̄dicācium dicitur pacien
cia. Euenire quippe solet ut inter multos qui laudant p̄dica-
tores inueniantur nonnulli detractores qd̄ diuina agitur di-
spensacione ut pondere detrahencium fum⁹ deprimatur inanis
glorie qui oriri posset ex verb̄ blandiencium. Hinc gregori⁹
vi. q. i. c. Sunt plurimi. inquit Sunt plurimi qui vitā bonorum
amplius q̄ debent laudant et ne q̄ elacio de laude subrepat
permittit omnipotens deus malos in obtrectacione et obiur
gacione prorumpere ut si qua culpa ab ore laudanciuz in cor
de nascitur ab ore vituperancium suffocetur hec ille. Pacient̄
itaqꝫ et equo animo ferendi sunt rumusculi plebis nec curan
dum de omnibꝫ que dicuntur nisi talia essent ꝓpter que si non
confutarentur infamia notabilis in p̄iuditium animarum ori
ri posset. vnde iheronim⁹ ad Nepocianum ait Caue ne hominū
rumusculo aucuperis et offensam dei populorū laude ꝯmutes
Per infamiam et bonam famam xp̄i miles graditur nec laude
extollitur nec vituperacione frangitur et leta contemnit et t̄
stia per diem sol non vrit eum neqꝫ luna per noctem hec ille.
Et vere nisi predicator paciens extiterit multam senciet ama
ritudinē qn̄ qd̄ vnus laudat alter vituperat. Laudāt docti sb̄
tilitates et profūda dubia scipturarū vitupāt ista vulgaēs
et ignorātes. Extollūt ignorātes et muliercule vulgaria q̄dā
exempla siue parabolas et de illis viri periti q̄ non habēt d̄uo
cionez risū suscipiūt. Et sic ꝓ varietate audienciuz varia est
opinio variusqꝫ appetitus vnoquoqꝫ secundum suum moduz
referente Quinta condicio predicatoris euangelij nuncupa
tur caritas. Hec facit predicatores querere non que sua sunt
sed que ihesu cristi. Et. i. Corin. xiij. et x. capitulis doctor gen-
tium ait Non q̄rēs qd̄ m̄ vtile ē scd̄z qd̄ multis ut salui fiāt q̄-
rūt q̄ sua sūt q̄ predicāt aut cupiditate glorie aut appetitu ā
bicōis honoris et dig̃tatis aut amore lucri et spe quest⁹ aut
deniqꝫ r̄spectu cuiuslibet ꝯmodi tēpalis. Non stant ista cum
caritate que deum diligere facit ꝓpter se et proximū ꝓpt̄ deū

De quinq; fructib; et vtilitatib; verbi dei et quare vtile ē oīb; illud audire libenter

Capitulum· ·iij·

Terciuz misteriū declarandū est de vtilitate audienciuz verbuz dei et licz multi sint fructus et vtilitates deuote audienciuz verbuz dei tamen nos in presenciarū tm̄ quīq; explicabim⁹ q̄ten⁹ hijs fructib⁹ excogitatis vnusquisq; animetur ad libenter et deuote audiendū illd̄· Prima dicitur illumīacō Scd̄a confortacio· Tercia fortificacio· Quarta d̄lectacio· Quinta exemplacō· Prima vtilitas verbi dei dicitur illumīacio· Illumīat quippe intellectum hominis sicut sol illuminat mundum· Et hoc inquit dauid in psal· Declaracō s̄monum tuorū· il· et· intel· d· p· Et iteruz· Lucerna pe· in· ver· t· et i· s· in· illuminatur siquidē mēs attēte audienciū et cum vtilitate Primo r̄spectu credēdorū ut sciat fidei rudimēta Scd̄o r̄spectu colēdorū ut deū colat creatorem· Tercio respectu abhorrendoruz ut vicia abhorreat et vitet· Quarto respectu acceptandorū ut v̄tutes acceptet et insequat⁹· Quinto respectu spernendorū ut mundū spernat et eius bona· Sexto r̄spectu agendorū ut opera agat que mandant⁹ in lege· Septimo respectu timendorū ut penas inferni timeat· Octauo respectu d̄siderandorū ut beatitudinē eternaz d̄sideret· Nam nisi h̄s ⁊ huiusmodi populis predicarent⁹ omnes velut ceci varijs inuoluerentur erroribꝫ Scd̄a vtilitas quam ꝯsequunt⁹ verbū dei audiētes dicit⁹ confortacio· Nam licet multi sciant bona que operari tenentur et mala a q̄bꝫ sibi cauere debēt tamen q̄nq; nec bona faciunt nec mala fugiunt deuicti quadam tepiditate vel pocius sensualitate et delectacōe horum temporalium Alij eciam quamuis sciant penas inferni fore timendas desid̄randumq; celum pieq; cristi passionē deflendam tam̄ cor habēt insipidum sine timore sine desiderio et sine vlla pietate cū vero tales audiunt v̄buz dei frequenter ꝯfortātur ad deponēdam omnē tepiditatē ad āplectendas virtutes ad surgendū a peccatis ad ꝯpaciendum xp̄o passo ad timendos gehēne cruciatus ⁊ ad desiderandum regnū dei· Quia vt Jeronim⁹· ait ad paulinum· Habet nescio quid latentis energie viue vocis

actus et in aures discipuli de doctoris ore trāsfusa forcius
sonat vnde et hescines cum rodi exularet et legeretur illa.
Demostenis oracio q̄ aduersus eum habuerat mirantibꝫ
cunctis atq; laudantibus suspirans ait. quid si audissetis ip
sam bestiam sua verba resonantem ! Hec ille. quanta autez
sit vis in verbo dei predicato apparet vndiq; ex mirandis
exemplis tam apostolorum quam aliorum. petrus namq;
post susceptum spiritus sancti vna predicacione tria millia
ammarum conuertit ad cristum. Actuum secundo capitulo.
quid fecit paulus vas electionis ! quid reliqui omnes apo/
stoli et discipuli cristi ! Et diebus nostris vnde quasi renoua
ta videtur religio cristi sustentata ecclesia et peccatores ad
penitenciam animati nisi ex auditu predicancium ! O verbū
dei benedictum. O verbum salutiferum. O predicacio fecū
dissima. O instrumentum salubre. quo commoueri possunt
mentes dure ad agendam penitenciam et corda ommum ad
virtutes sectandas Tercia vtilitas audiendum verbum
dei dicitur fortificacio. Fortificat enim eos qui boni sunt vt
in melius proficiant et perseuerent ita q̄ ex verbo dei quasi
conseruantur et nutriuntur sicut plantula que ut viriditatez
seruet irrigatur aquis. Ideo cristus ait. Mathei .iiij. Non
in solo pane viuit homo sed in omni verbo qd̄ procedit de
ore dei Quarta vtilitas dicitur delectacio. Delectat ete=
nim verbum dei et recreat spiritualiter audientes. Nam
omnis anima bona letanter audit magnalia summi impera
toris celorum. Et quicunq; aliquem diligit de ipso liben/
ter loquitur et libenter audit bene de illo loquentes. Sic qui
deum amant et ex xp̄o sunt verba eius audiunt ut dicitur
Johannis .viij. capitulo Et Maria magdalene que dilexit
multum. Luce .vij. saturari non poterat audiendo verba mel
liflua cristi ihesu Luce .x. capitulo Quinta vtilitas dici=
tur exemplacio. Prebent namq; audientes verbum dei ex/
emplum bonum proximis suis. Nam sepe contingit ut hij
qui ~~in fine~~ infimę sunt condiciōnis videntes viros graues utputa
religiosos viros doctos nobiles et honestos ciues ad predica
cionem confluere animētur et ipsi ad eam audiendam dili/
genter. Ergo vt finem huic sermoni faciam cum tam gran
dia tamq; mirifica sint priuilegia verbi diuini omnes ad
uoco cunctos inuito singulisq; clamo. Venite et audite
vt audiendo verbum dei acquirere possitis eius graciam ⁊

deinde peruenire ad beatam gloriam in qua christ⁹ benedictus viuit et regnat in secula seculorum Amen.

Feria secunda post dominicam in sexagesima. De verbo dei et de eius audicione.

Sermo ix.

In corde bono et optimo audientes verbum retinent et fructum afferunt in paciencia. Verba sunt christi ihu fu saluatoris originalit' Luc. viij. capitulo. Quamuis multa dicta sint in superiori sermone de predicato verbo dei restant tamen adhuc de eius audicione aliqua differenda Opus enim est confutare illos qui vel audire respuunt vl' negligenter audiunt aut audientes non custodiunt verbum Et reuera satis super que necessaria est hec confabulacio vt indicantur hommes ad audiendum verbum diuinum cum effectu et vtilitate salutis sue. Nam non desunt dyaboli tẽptamẽta ad mẽtes ꝛmouẽdas ab auditu spiritualis doctrine cuꝫ ipsa sit quasi sagitta vulnerans affluciam eius ideirco de audicione verbi dei dicere volentes notabimus in hoc sermone principaliter tria misteria declaranda.

Primum dicitur inductio.
Secundum modificacio
Terciũ obligacio

Qualiter omnes inducuntur ad audiendum verbum dei a scriptura a natura ⁊ ab exempl'.

Capitulum. j.

Primum misterium declarandum de audicione verbi dei dicitur inductio. Ad illud etenim audiendum inducimur propter tria. Primo propter naturam. Secundo propter scripturam. Tercio propter exempla Primo inducimur vt libenter audiamus verbum dei ab ipsa natura. Nam vt Seneca ad Lucillum ait. Doctes natura nos edidit. Et secũdũ

Ciceronem in sua rethorica. Is docilis est qui vult attente audire. Et vt idem. Cicero in questionibꝫ tuscul' ait. Inest mentibꝫ nostris insaciabilis quedam cupiditas veri videndi. Qd̄ in. i. de officijs confirmat. di. Omnes trahimur et ducim' ad cognicionis et sciencie cupiditatem in q̄ excellere pulchrū putam⁹. Et hoc ipsum. Aristoteles explicauit in primo methaphisice inquiens. Omnes homines natura scire desiderant. Et in. iij. ethicorum et nona parte problematum asserens. Addiscere quidem facile et delectabile natura omnibus est. Cum ergo quasi incredibilis sit numer⁹ ignorancium viaꝫ domini ⁊ predicatores illam doceant natura ipsa mouere debet omnium animos ad illos audiendum. Nec valet quorumdam de se superba presumpcō qui se credunt omnia scire quoniam vt ait sapiens Prouerbiorum. i. Audiens sapiens sapiencior erit. Quinimo null⁹ est adeo perit⁹ qui pericior fieri non possit Hinc Lactanci⁹ de ira dei de. Socrate ait. Socrates cum eēt omnium philosophorum doctissim⁹ vt ceterorum argueret in scienciam qui se aliquid tenere arbitrabāt' ait se nichil sciē nisi vnum ꝙ nichil sciret Et. Mercuri⁹ thermegist⁹ philoso. maxim⁹ dicebat. Maxima pars eorum que scim⁹ est minima pars eorum que ignoram⁹. Ideo notabilia valde sunt. Jero/nimi verba qui ad. Palmachium et. Oceanum ita scribit. Dum essem iuuenis nimio feruebam amore discendi nec iux/ta quorumdā presumpcionem ipse me docui. Appollinarem audiui antiochie frequenter et colui. Jam canis spergeba/tur caput ⁊ magistrum poci⁹ quam discipulum docebat Per rexi tamen. Alexandriam audiui. Didimum ī multis eis gracias ago quia qd̄ nesciui didici qd̄ sciebam illo docente non ꝑdidi. Putabant me homines finem fecisse discendi. Veni rursus. Jerosolimam et bethleem quo labore quo precio. Baraniam nocturnum habui preceptorem. Timebat enim iudeos et alterum michi exhibebat. Nicodemum hec ille. Si itaqꝫ tantus doctor luce sciencie preditus audire vt addisceret nō erubescebat que presumpcio illa est eorum qui vel ignorantes vel parum docti sunt dicencium se predicacionem non velle audire quia illa non egent. Propter tales vtiqꝫ. Seneca libro de tranquillitate animi ait Puto multos ad sapienciam venire potuisse si non putassent se peruenisse. Secundo inducimur vt prompte audiamus verbum dei ab ipsa scriptura. Cōcordant quippe voces omnium scripturarum ne dū diuinaruꝫ

verum eciam et moraluim philosophorum Q vnusquisq; soli
citus esse debet ad discendū vnde Aristoteles·i·ethicorū ait·
Qui neq; ipse intelligit neq; aliuz audiens in aīo ponit hic ī
utilis natus est·Et·Macrobius li·ij·saturnaliuz·Sine doctrīa
vita est q̄si mortis imago·et Tullius·li·ij·q·tus·Vt ager q̄ꝫ
uis fertilis sine cultura fructuosus esse non potest sic sine doc
trina animꝰ·Et idem libro p̄mo·di·oratore·Non ignoro ea
que bona sunt meliora fieri posse doctrina·Et Jurisconsultus
ff·de fidei omissarijs libertatibꝰ·l·Apud·Julianū inquit·Cu/
piditas discendi est optima racio viuendi·Vnde Julianꝰ dix/
isse fertur·Et si alterum pedē in sepulchro haberē adhuc di/
scere quid vellem·Hinc est q̄ eciam sapiēs eccl'·vi·ait·Si ī
clinaueris aurez tuam accipies doctrinam et si dilexeris audi
re sapiens eris·Et idez prouer·xij·Qui diligit disciplinaz di
ligit scienciaz et prou̅·xvij·qui euitat discere incidit in mala
Et prouerbiorum·xix·Suscipe disciplinam vt sis sapiens in no
uissimis tuis·Et·xxij·Ibidem·Inclina aurem tuam et audi
verba sapiencium·Sunt ⁊ alie huiusmodi scripturarum voces
quasi innumerabiles hortantes homines vt prompto aīmo au
dire velint verba doctorum et sapientuz vt et ipsi p exerciti
um discipline docti euadere possint Tertio inducimꝰ ad au=
diendum eos qui docent bene beateq; viuere ab exemplis sci
bit enim valerius maximꝰ·Ru·de studio et industria·qd̄ eciā
refert·Tullius libro de senectute·Q·Solon philosophꝰ sig/
nificauit versibꝰ se quotidie senescentem aliquid discere·Sup̄
mo vero die vite assistentibꝰ amicis quedamq; inter se confe
rētibꝰ satis iam pressum caput erexit īterrogatusq; quaprop
ter id fecisset respondit vt cum istud quicquid est de quo di
sputatis percepero moriar·At et Jeronimꝰ ad paulinum in/
ducit multorum philosophorum exempla qui auiditate di/
scendi nullum timuerunt laborez·Legimꝰ inquit in veteribꝰ
historijs quosdaz lustrasse prouincias nouos adijsse populos
maria transisse vt eos quos ex libris nouerant coram quoq;
viderent·Sic·Pithagoras mēphiticos vates Sic plato egip
tum et architam tharentinum eam oram ytalie que quondaz
magna grecia dicebatur laboriosissime peragrauit vt qui a
thenis·Magister erat cuiusq; doctrina achademie gymnasia
personabant fieret peregrinꝰ atq; discipulꝰ malens aliena
verecunde discere q̄ꝫ sua imprudenter ingerere Deniq; cum
literas quasi toto fugientes ōbe persequitur captꝰ a pirratis

et venundatus tyranno crudelissimo paruit captiuus vinctus
et seruus Tamem quia philosophus maior emente se fuit ad
Titum liuium lacte eloquencie fonte manantem ex vltimis hi
spanie galliarumq; finibꝫ quosdam venisse nobiles legimus
et quos ad sui contemplacionem roma non traxerat vnius ho
minis fama perduxit. Habuit illa etas inauditum seculis cele/
brandumq; miraculum vt vrbem tantam ingressi aliud extra
vrbē quererent. Appolonius ille magus vt vulgus loquitur
siue phs vt pythagorici tradunt intrauit persas pertransiuit
caucasum albanos scitas massagetas opulentissima indie reg/
na penetrauit et ad extremū latissimo physon amne transmis/
so peruenit ad Brachmanas vt Hyarchan in throno sedentē
aureo et de tantali potantem inter paucos discipulos de natu
ra de moribꝫ de cursu dierum et siderum audiret docentem In
de per helamitas babylonios chaldeos medos assirios par/
thos syros fenices arabes palestinos reuersus alexandriam p/
rexit ethiopiam vt gymnosophistas et famosissimā solis men
sam videret in sabulo. Inuenit vir ille vbiq; quid disceret et
semper proficiens semper se melior fieret. Scripsit super hoc
plenissime octo voluminibꝫ Philostratus. hec ille. Et idem ihe
ronimus ad Nepocianum commendans sapiencie studium ait
de demostene. Sapiens vir ille grecie. Demostenes cum exple
tis centum septem annis se mori cerneret dixisse fertur se do/
lere q̄ tunc egrederetur e vita cum sapere cepisset. His igi/
tur exemplis damnari potest temeritas illorū qui se existimāt
omnia scire omnia sapere omnia deniq; intelligere Quo fit ut
predicatores doctos non solum audire recusent verum eci=
am et sepe paruipendant et aspernentur. Ex dictis tamen cla
rissime constat nil vnicuiq; tantum conuenire posse quantuz
audire disciplinam et erudicionem. Nam ex eius auditu fruc
tum non mediocrem suscipiunt viri et mulieres senes et par
uuli boni et mali docti pariter et indocti.

Q̄ verbum dei est audiendum cum sollicitudine deuocōne ⁊
humilitate.

Capitulum secundum

Secundum misterium contemplandum dicitur modifi/
cacio. In quo aperire licet qualiter dei verbum sit ab
omnibꝫ audiendum vt in omnibꝫ seruetur ordo debitꝰ
et mensura. Et ad hoc intelligedum dico ꝙ verbum audiri de
bet tripliciter. Primo sollicite. Secundo deuote. Tercio humi/
liter Primo verbum dei audiendum est sollicite vt qui fruc
tum eius habere cupit conetur a principio interesse sermoni.
Nam sunt nonnulli qui ad predicacionem confluūt sed tamen
ob pigriciam et somnolenciā raro integram illam audiūt. Alij
vero auaricia victi diebꝫ ferialibꝫ nolūt predicaciones audire
timentes amittere tēpus et lucra. Quibꝫ ego dico ꝙ non bene
faciunt quoniam si audirent quinquaginta predicacōnes non
expenderetur in illis audiendis trium dierū spacium. Et tamē
maius esset lucrum anime quod inde euenire posset quā lucrū
omnium temporaliū bonorum. Sed si aliquis tanta necessitate
constringeretur ꝙ nisi laborando victū acquirere non posset
tunc illum ad audiendum verbum dei non cōpellerem. quoniā
vt ait Ar. iij. topicoꝝ. Melius est phōphari quam ditari sed
non indigenti necessarijs Secundo est audiendū verbum dei
deuote. Et hoc dico aut propter eos qui in predicacione dor/
miunt aut propter illos qui inter se confabulantur aut ꝓpter
alios qui deambulando cum suo strepitu et irreuerencia pre=
dicatorem et ipsum audientes turbāt aut propter lasciuos et
vanos iuuenes leuesqꝫ mulierculas qui dum predicatꝰ mutuo
se se iocando concupiscendo ridendoqꝫ conspiciunt. In quibus
nulla est cōpunctio nulla fides nulla religio Et pro his omnibꝫ
facit illud dictum Aug. i. q. i. c. Interrogo. sic. d. Vos fratres
vel sorores dicite michi quid plus esse videtur vobis corpus
cristi an verbum cristi? Si verum vultis respondere hoc dr̄e de
betis quia non sit minꝰ verbum dei quam corpꝰ cristi. Et ideo
quanta sollicitudine obseruamꝰ quando nobis corpus cristi mi
nistatur ne ex ipso de manibꝫ nostris aliquid in terram cadat
tanta sollicitudine obseruemꝰ ne verbum domini quod nobis
erogatur dum aliud cogitamus aut loquimur de corde puro
depereat quia non minus reus erit qui verbum dei negligen=
ter audierit quam ille qui copꝰ cristi sua negligencia in ter/
ram cadere permiserit. hec ille. Archi. vero super hꝰ. c. d. Q cō
pacio corporis cristi ⁊ verbi predicati non fit respectu digni=
tatis et excellēcie sed respectu efficacie quoniam non minorem
efficaciā conseq̄tur qui cū deuocōne audit verbū dei quā q̄ cū

reuerencia suscipit corpus cristi. Vnde glo. super dicto verbo d. Verbum idest predicacō que plures conuertit et plus facit cōpungi hominem ita vt omnia peccata per eam tollantur. Sz per corpus cristi tolluntur tatuz venialia. Vt de conse. d. ij. c. Itereratur. Tercio est audiendum verbū dei humiliter. Cōsistit autem humilitas in auditore vt bene interpretetur ⁊ in bonam partem suscipiat ea que predicantur. Nam reperiunt⁹ et quidem plurimi qui vellent omnia secundum appetitū suū dici. nec cogitant ꝙ in predicacōne satisfaciendum est tot varietatibꝰ personaꝝ. Alij autem si non sensiunt euangelij textū de verbo ad verbum explicari statim detrahunt murmurant arguunt. d. cristum misisse apostolos ad predicandum euangelium. Et tamen quicquid reducitur ad dei et proximi caritatē quicquid inducit homines ad deum colendum timendum ⁊ diligendum quicquid deniqꝫ ipsos a vicijs retrahit et ad virtutes hortatur recte euangelium dicitur. Vnde ihero. in epistola ad Galathas scribit illud qđ ponitur. i. q. i. c. Marchion. Marchion et Basillides et cetere hereticorum secte non habent dei euangelium quia non habent spiritū sanctum sine quo humanum fit euangelium quod docetur. Nec putemus i verb̄ scripturarum esse euangeliū sed in sensu non in superficie sed in medulla non in sermonum folijs sed in radice racionis. hec ibi Nō nulli insuper egre ferunt si quandoqꝫ vicia reprehendant⁹ eo ꝙ et ipsi viciosi sunt nec de suis vicijs corrigi paciuntur. Pro quibꝰ est illa Ihero. sentencia ad Nepocianum. Neminem specialiter meus sermo pulsauit. Generalis de vicijs disputacō est qui michi prius itaqꝫ irasci voluerit ipse de se ꝙ talis sit confitebitur. hec ille. Cōcludo igitur dicendo omnibꝰ illud Jacobi i. In mansuetudine suscipite insitum verbum quod saluare potest animas vestras.

Qꝫ obligantur homines pro loco et tempore audire verbum dei et memoriter retinere ac opere implere.

Capitulum .iij.

Tercium misterium declarandū dicitur obligacio. Obligantur siquidem homines circa audicionem verbi dei maxime ad tria. Primo ad illud audiendum. Secundo ad retinendum. Tercio ad faciendum Primo obligant⁹ homines ad verbum dei audiendum. Quod accipi potest tum qꝛ vnusquisqꝫ suā salutē desiderare debet quā assequi potest verbo

dei mediante tum quia ad hoc inducit scriptura ut superius vi
sum est. Sed queri potest. Cur non precepit ecclesia audiri di
uinum verbum ita expresse sicut et missas cum tante vtilita/
tis sit audire predicacones. Et dicimus q hoc fit propter tria
Primo propter obligacionem curatorum. Secundo propter pau
citatem predicatorum. Terco propter icomoditatem popula
rum. Prima racio est propter obligacionem curatorum. Nam
qui curam animarum habet tenetur suo populo predicare sic
patet in capitulo superius allegato in sermone precedenti me
cetera de officio iudicis. ordi. Et. xxxvi. di. c. Ecce Et. xvi. q. i.
c. Adiecimus. c. Ecce. Si ergo prelati obligant suo populo p
dicare ergo populi pro loco et tempore predicacones debent
audire. Vnde de conse. di. i c. Sacerdote. dicitur. Sacerdote ver
bum in ecclesia faciente siquis egressus fuerit de auditorio ex
comunicetur. Et in. c. Omnes fideles. dicitur. Omnes fideles q
conuenunt in sollemnitatibo sacris ad ecclesiam et scripturas
apostolorum et euangelium audiant Secundo non obligauit ec
clesia ad audiendum verbum dei determinate sicut ad audien
dum missas propter paucitatem et raritatem predicatorum qr
rari sunt qui predicent et multi sunt qui celebrant missas.
Tercia raco e propter icomoditate populorum. Nam multi sut
rurales et in motibo habitantes et in aliis locis quibo difficile
esset sic audire predicacones sicut et missas. Non tamen excu
santur huiusmodi pro loco et tempore addiscere per aliquam
viam que sunt secundum statum suu eis necessaria ad salutem
Secundo obligantur homines ad verbum dei retinendu. De/
bet namq vnusquisq facere quod in se est vt et si no ommu
que predicantur saltem aliqua memoriter teneat. Ad qd mul/
tum prodesse potest domestica confabulacio et omunicacio cu
vxore filiis aut amicis de his que pdicata sunt Tercio obli/
gantur homines ad verbum dei faciendum. Nam vt dr Luc. xi
c. Beati qui audiunt verbu dei et custodiunt illud. Et mathei
vii. cristus intulit. Omnis qui audit verba mea et facit ea assi
milatur viro sapienti qui edificauit domum suam supra petra
Et descendit pluuia et venerunt flumina et flauerunt venti r
irruerunt in domum illam et non cecidit Fundata enim erat su
pra firmam petram. Et omnis qui audit verba mea r no facit
ea similis est viro qui edificat domu suam supra arena. Et de/
scendit pluuia et venerunt flumina et flauerunt venti et impe
gerut in domu illa r cecidit et fuit ruina ei magna hic ecia

et iacobꝰ·i·c· Estote factores verbi et non auditores tantum fallentes vosmetipsos quia siquis auditor est verbi et non factor hic cōpabitur viro consideranti vultum natiuitatis sue in speculo· Considerauit enim se et abijt et statim oblitus ē qualis fuerit Ergo seruentur omnia que tacta sunt de audicione verbi dei vt sit semen cadens in bonam terram non secus viaꝫ non supra petram nec inter spinas· afferens fructum prout saluator benignus in lectione euangelica explicauit quam et proposuit per similitudinem loquens indeqꝫ illā exposuit sicut patet in textu sapienter concludens· Q̃ qui bono corde deuotaqꝫ mente dei verbum audiunt fructum in presenti suscipiunt gracie et in futuro perennis glorie in qua cristus saluator omniū sedet ad dexteram patris cum quo viuit et regnat in secula seculorum Amen·

Feria tercia post dominicam in sexagesima De seueritate diuine iusticie que mouere debet peccatores ad penitenciam

Sermo ·x·

Reddet vnicuiqꝫ secundum opꝰ eiꝰ· Domini nostri ihu cristi verba sunt ista originaliter Mathei·xvi·c· Letātur plurimi in malis suis neqꝫ de illis penitenciam agere vllo pacto proponunt quoniā non arbitrantur deum peccatorum suorum vltorem· Quinimo falso sibi blandiuntur et persuadent nullam post hanc vitam obstinatis peccatoribꝰ penaꝫ a iusto iudice fore paratam Quo fit vt indies deteriores fiant et ad vicia quelibet sine timore labantur· Quapropter in presenti sermone aliqua de diuine iusticie seueritate dr̄e statui vt per eiꝰ tremendam consideracōnem dura peccatoꝝ corda molescant quibꝰ ostendemus quam//sceue si se non correxerint punientur a deo· quoniā ipse vt verba proposita dicunt· Reddet vnicuiqꝫ secundum opus suum bonis·s·gaudia paradisi et malis gehenne cruciatum· In quibus verbis de diuine iusticie seueritate tria misteria sunt consideranda·

seuere

Primum dicitur punicio·
Secundum restrictio·
Tercium permissio·

Qualiter deus punit malos post hanc vitam si se non correxerint contra eos qui dicunt non esse aliud malum neqꝫ bonū quam illud quod expimur in presenti·

PRimum misterium considerandum de veritate diuine iustitie dicitur punicio· In quo declaranda est falsa et erronea sentẽcia et opinio eorum qui dicunt· Non expedire peccatoribꝫ ad penitenciam reuerti quia post hanc vitam nullum amplius sencietur malũ· Contra tales ergo theologi sacri sic potentissime arguunt· Vbicũqꝫ est fũma iustitia ibi debet esse iusta meritorum retribucio Sed cum non punat malos in hac vita· ergo punet illos post hanc vitam· Maior propositiõ constat ex dictis Tullij in epistola de casu rei publice· d· Justicia est constans et perpetua volũtas ius suũ vnicuiqꝫ tribuens· Et hec est diffinicio iustitie que habetur· ff· de iustitia et iuris· l· Justicia· Et institute de iustitia et iuris· l· Justitia· Probare eciam debemus tria que continentur in racõne ptacta· Primo iustitie diuine veritatẽ· Secundo malorꝫ in hac vita impunitatẽ Tercio otra ipsos rigidam asperitatẽ Primo probare debemus diuine iustitie veritatẽ· Et ad hoc fũt scripture sacre copiosissima dicta· Vnde dauid in psal· c· ait· Justꝰ dominus et iustitiam dilexit equitatem vidit vultus eius· Et psal· xviij· Justitie domini r· l· c· Et psal· xxx· In iustitia tua libera me Et psal· xxxix· Annunciaui iustitiam tuam in ecclesia magna· Et psal· lxx· Memorabor iustitie tue solius· Et psal· lxxxiiij· Justitia ante eũ ambulabit Et psal· xlvij· Justitia plẽa d· t· Et psal· lxxxviij· Justitia ⁊ iud· p· se· t· Et psal· cx· Justitia eius manet in l· s· Et Ysaie li· Dicit dñs iustitia mea non deficiet Et Ysaie· lix· Indutus est iustitia vt lorica Et baruch· i· Domino deo nostro iustitia Et Jhere· xij· Justus quidem tu es domine Et· i· thi· ij· In reliquo reposita est michi corona iustitie quam reddet michi dominꝰ in illa die iustus iudex· Sed aliquis potest arguere Qꝫ in deo nulla sit iustitia· Primo qꝫ secundum phm· v· et hõ· c· ij· Domini ad seruũ non est iustitia qꝫ iustitia in quadam equalitate ad alterum consistit· Sed deꝰ est dominus ommium· ergo in ipso non est iustitia· Secundo arguitur quia iustitia respicit debitum deus autem nulli debitor est ergo in ipso non est iustitia Hanc questionẽ soluit Richardꝰ de media villa· xlvi· di· iiij· d· Qꝫ iustitia potest accipi pro rectitudine voluntatis qua vult aliquis reddere vnicuiqꝫ in distribuendo vel commutando quod ei debet· Et secundum

hoc duplex est iusticia·s·distributiua q̃ aliquis vult omnibus
qui sunt de cõmunitate distribuere bona cõmunia secundum
debitam proporcõnis equalitatem·Et cõmutatiua qua aliquis
in cõmutando vult seruare debitam equalitatez secundũ quan
titatẽ Cõmutatiua iusticia proprie loquendo in deo non est qꝛ
nulli est debitor ex legis necessitate et de bono retribuit vltra
meritũ et de malo circa demeritum·Iusticia vero distributiua
in deo est·Omnibꝫ·n·distribuit bona sua secunduz debitã pro/
porcionis equalitatẽ·Ad primũ ergo argumentũ dicendũ·Qꝛ
licet domini ad seruũ non sit iusticia cõmutatiua secundũ ple/
naz racionẽ eiusdem quia inter dominũ et seruũ non est equali
tas eo ꝙ omnia que sunt serui sunt domini·Tamen domini ad
seruos potest esse iusticia distributiua que non requirit equa/
litatem quãtitatis sed proporcionalitatis que est equalitas du
arũ proporcionũ que consistit in hoc ꝙ seruis proporcinaliter
retribuit secundũ merita sua·Ad secundũ dicendũ·Qꝛ et si de
us nulli creature sit debitor ex recepto tamen debitor est ex
promisso·Nulli em̃ est debitor nisi cui vult·Si autem queratur
quare vult non respondebo nisi quia vult quia voluntas sua ẽ
prima causa·hec Ric·Ergo quãuis deꝰ nichil paciatur ex pec
catis cõmissis nichilqꝫ eius infinite bonitati adaugeatur ex bo
nis cõmissis·tamen malos punire bonosqꝫ premiare ex iusti/
cia distributiua debet quoniã sic ipse promisit·Dixit enim per
ꝓphãm psal·xxxvi·Qui malignantꝰ exterminabũtur·Et apc̃·
xx·Ecce venio cito et merces mea mecum est dare vnicuiqꝫ
secundũ opera sua·Propter hoc dixit sapiens Prouer··v·Im
quitates sue capient impiũ et funibꝫ peccatoꝝ suorũ cõstrin:
getur·Et prouer·xi·Simplicitas iustoꝝ diriget eos et sup/
plantacio peruersoꝝ vastabit illos Et prouer·xiij·c·Peccato
res persequetur malũ et iustis retribuentur bona·Et ꝓu·xiiij
Domꝰ impioꝝ delebitur tabernacula iustoꝝ germinabunt
Et Job·xxxiiij·Opus hominis reddet illi deꝰ et iuxta vias sin/
guloꝝ restituet Et paulꝰ Galth̃·vi·ait·Que em̃ seminauerit
homo hec et metet·Et·i·Cor·iij·Vnusquisqꝫ propriaz merce
dem accipiet secundũ suũ laborem·Et eph̃·vi·Vnusquisqꝫ qd̃/
cumqꝫ fecerit bonũ hoc percipiet·Que auctoritates et sancto/
rũ dicta iusticiam distributiuã sũmi dei narrant Secundo ꝓ/
bare debemꝰ peccatoꝝ impunitatez·s·ꝙ in hac vita non oẽs
peccatores de suis malꝰ puniũtur·Et ad hꝰ ẽ auctoritas iob·xij
d·Abũdãt tabernacula p̃donũ Et ibere·c·xij·q̃ sic deũ alloq̃tꝰ

Quare via impiorum prosperatur bene est omibꝫ q̄ p̄uaricātꝰ
et inique agunt ! Plantasti eos ⁊ radicem miserunt proficiūt
et faciūt fructum. Et abacuch idem. d. i. c. Quare non respicis
super inique agentes et taces deuorante impio iustiorem se !
Et ne multa dicamus experiencia ommū rerum magr̄a docet
qualiter multi iniqui in via sua mala prosperantur. Tercio
probare debemꝰ contra illos sic prosperantes preparatam esse
post hanc vitam rigidam seueritatez penamq̄ horribilē dam
nacionis eterne. Et ad hoc propositu sic. d. Augꝰ. xx. li. de. ci.
dei. c. ij. Nunc autē et mala ferre equo animo discimus que pa
ciuntur et boni et bona non magnipendere que adipiscuntur et
mali. Ac per hoc et in his rebꝫ in quibꝫ non apparet diuina iu
sticia salutaris est diuina doctrina. Nescimus enim quo iudicō
dei bonus ille sit pauper malꝰ iste sit diues iste gaudeat quez
pro suis perditis moribꝫ cruciari debuisse meroribꝫ arbitramꝰ
contristetur ille quem vita laudabilis gaudere debuisse p̄sua
det. Exeat de iudicio non solum multus verum eciam damna/
tus innocens aut iniquitate iudicis pressus aut falsis obrutus
testimoniis. Econtrario scelestus aduersariꝰ eius non solū im/
punitus verum eciam vindicatus insultet Impius optime va
leat pius languore tabescat. Latrocinentur sanissimi iuuenes
et qui nec verbo quemquam ledere potuerunt diuersa morbo
rū atrocitate affligātꝰ īfantes. Vtilis rebꝫ humanis īmatura
morte rapiatꝰ. Et q̄ videtur nec nasci debuisse diutissime īsup
viuat. Plenꝰ crimībꝰ sublimetur honoribꝫ ⁊ hoīem sine quere
la tenebre ignobilitatis abscondant ⁊c̄. huiusmodi que quis
colligit quis enumerat ! Que si haberent in ipsa velut in ob/
surditate constanciam vt in hac vita in qua homo sicut sacer
psal. eloquitur vanitati similis factꝰ est et dies eius velut vm
bra pretereunt non nisi mali adipiscerentur transitoria ista at
q̄ terrena nec nisi boni talia paterentꝰ mala posset hoc refer/
ri ad iudicium iustum dei siue eciam benignum vt qui nō erāt
assecuturi bona eterna que faciunt beatos temporalibꝫ decipe
rentur vel pro malicia sua vel pro dei misericordia consolaren
tur bonis. et qui non erant passuri eterna tormenta temporali
bus vel pro suis quibuscumq̄ vel quantuliscumq̄ peccatis af
fligerentur vel propter implendas virtutes exercerentur ma
lis. Hec ille. Et Idem in. i. de ci. dei. c. vij. ait. Placuit quippe
diuine prouidencie preparare in posterū bona iustis quibꝫ nō
fruentur iniusti et mala impiis quibꝫ non excruciabuntꝰ boni.

Ista vero temporalia bona et mala vtrisq; voluit esse commu-
nia vt nec bona cupidus appetantur que mali quoq; habere
cernuntur nec mala turpiter euitentur quibꝫ et bom plerūq;
afficiuntur. Interest autē plurimum qualis sit vsus vel earum
rerum que prospere vel earum que dīr aduerse. Nā bonus tē
poralibꝫ nec bonis extollitur nec malis frangitur Malus autē
huiuscemodi infelicitate punit² q: felicitate corrūpitur. Ostē
dit tamen deus sepe eciaz in his distribuendis euidencius opa
cionem suam. Nam si nunc omne peccatū manifesta plecteret
pena michil vltimo iudicio reseruari putaretur. Rursus si nul
lum peccatū nunc puniret aperte eius diuinitas nulla esse di-
uina prouidencia crederetur. Similiter in rebꝫ secundis si non
eas deus quibusdam petentibꝫ euidentissima largitate conce
deret non ad eum ista pertinere diceremus. Itemq; si omnibꝫ
ea petentibꝫ daret non nisi propter talia premia seruiendum
illi esse arbitrarentur. nec pios nos faceret talis seruitus sed
pocius cupidos et auaros. hec ille. Non letentur ergo peccato
res et inimici dei quibꝫ blādus est mundus si prospera viderint
sibi cuncta succedere quia non est abreuiata manus domini
qui peccata que nunc impunita relinquit strictius puniendo
reseruat post hanc vitam. O quidi peccatores ad vos clamo
vobisq; dico. Nolite confidere in iniquitate. Nolite inebriari
dulcedine bonorum huius mundi quia omnia temporalia cito
deficient et illorum gaudium quod in presenti gustatis vobis
conuertetur in luctum. Non tristentur insuper hi qui deo ser-
uiunt si in presenti aliquod paciantur laboriosuz quia post la
borem calamitatis et erumnas subsequetur quies et pax om-
niumq; bonorum affluencia in repromissa felici ac beata vita

Curdeq; petit ne impiis diu punit.

Q; pro vno solo peccato mortali iustus deus damnat eterna
liter animam nec sufficit penitencia de omnibꝫ aliis si vnuz
solum retineat.

Capitulum .ij.

Secundum misterium declarandum de seueritate diuine
iusticie dicitur restrictio in quo disputandum est con-
tra nōnullos q̄ multa peccata relinquētes aliqd̄ tñ sibi
i q° delectent² reseruāt ostendentes p talē penitēciā posse saluari

Queritur ergo. Vtrum tam restricta tamq3 arcta sit dei iusti-
cia vt propter vnum solum peccatum mortale damnare velit
eum qui de omnibꝫ alijs penitenciam egerit illo solo reserua/
to puniens illum et pro illo et pro omnibus alijs. Et respon/
sio ꝙ sic. Ita ꝙ si vnꝰ mille peccata mortalia cōmisisset et ꝓ
illis omnibꝫ tandem vno duntaxat excepto longam fecisset
penitenciam moreretur q3 cum illo peccato mortali damnatus
vtiq3 foret et puniretꝰ pro illo ac pro alijs de quibus peniten
ciam egerat illo vno stante. Probatur autem hoc quod dici/
mus tripliciter. Primo auctoritate. Secūdo racione Tercō exē
plis Primo auctoritate. Vnde sapiens eccs. ix. ait Qui ī vno
peccauerit multa bona perdet. Et iacobi. ij. c. habetꝰ illud qđ
ponitꝰ de reg. iu. c. Defleat. Qui totam legem seruauerit of/
fendat autem in vno factus est ommū reus Et de pe. di. iij. c.
Penitenciam agere prope. c. Si apostolus. Gregꝰ. ait. Quid
enim prodest si peccata luxurie quis defleat ⁊ tamen adhuc a/
uaricie estibꝫ anhelat. Et Augꝰ. in li. de penitencia inquit illud
quod ponitꝰ de pe. di. iij. c. Sunt plures Sunt plures quos pe/
nitet peccasse sed non omnino reseruantes sibi quedam in qui
bus delectentur non aīaduertentes dominū mutū simul et sur
dum a demonio liberasse per hoc docens nos nūquaz nisi de om
nibꝫ posse sanari. Si. n. vellet peccata ex parte reseruari habē
tem septē demonia perficere poterat sex expulsis. Expulit au
tem septem vt omnia crimina simul eicienda doceret. Legio/
nem autē ab alio eiciens neminē reliquit de om̄ibus qui libera
tum possiderent ostendens ꝙ si eciam peccata sint mille oportē
re de omnibꝫ penitere. Secundo probatur racione ꝙ deus nec
penitenciam acceptat illorum qui sibi aliquod peccatū reser/
uant nec si eos damnat illoꝝ penam remittit. Et est prima ra
cio. d. Bona. ⁊ Ric. de media uilla in. iiij. di. xv. Quia om̄e pec
catum mortale contrariatur gracie gratū facienti sine qua pec
cata remitti non possunt. Et quia in anima nō potest esse simꝰ
peccatum et gracia predicta vno peccato mortali tantū huic
gracie contrariante non potest de alijs venia impetrari. Et di
citur racio ista contrariacōnis Secunda racio est quam tangit
Tho. iij. parte. q. lxxxvi. que dici potest falsificacōnis Nā deus
peccata non dimittit sine penitencia vera. Sed penitencia que
est in anima adhuc vel actu vel voluntate peccante mortaliter
est penitencia falsa. ergo deus per talem penitenciam falsā mi
nime peccata dimittit Ideo ait Isidorus d̄ pe. di. iij. c. Irrisor.

Irrisor est nō penitēs qui adhuc agit quod penitet nec vide/
tur deuz poscere subditus sed subsanare superbꝰ. Et de pe. di.
v. c. Fratres nostros dicitur falsam penitenciam esse constat
cū spretis pluribꝰ de vno solo penitencia agit. Tercia racō se
cundum preuatos theolog. est pfectionis quia deus pfectissi
mus nichil facit imperfectum. Cum ergo iustificacio impij sit
opus dei debet esse opus pfectum. Aut ergo nichil dimittit se
cundum ordinem sue iusticie aut totum secundum cōdescensio
nem sue infinite misericordie. Ex hoc inquit Augꝰ. in prealle/
gato. c. Sunt plures Quedam impietas infidelitatis est ab eo
qui iustus et iusticia est dimidiam sperare veniam. Nec prop/
terea tamen desperandi sunt peccatores qui de multis peniten
ciam agunt vno reseruato cum facilius possint ad graciam et
veram penitenciam redire si multa peccata vel aliqua licet nō
omnia deponant. Tercio probatur ꝙ tam arcta sit dei iusticia
vt propter vnum solum peccatum mortale damnet eū qui cū
illo ex hac vita migrauerit manifestis exemplis. Narrat quidē
Gregꝰ. in. iiij. dial. li. Q. fuit in monasterio quodaz monachꝰ
vnus qui cum appareret vir probꝰ et totus religiosus exte/
rius longe aliter quam apparebat fuit. Nam cum se ieiuna/
re cum fratribꝰ demonstraret occulte manducare cōsueuerat
Corporis autem superueniente molestia ad vite extrema per
ductus est. Qui cum iam esset in fine fratres omnes ad se qui
erant in monasterio vocari fecit. At illi putabant viro morien
te magnū quid ac delectabile se ab eo audire. Quibꝰ ipse af/
flictus et tremens cōpulsus est prodere cui hosti traditus co/
gebatur exire. Nam dixit Quando me vobiscum ieiunare cre/
debatis occulte comedebam. Et ecce nunc ad deuorandū dra/
coni sum traditus qui cauda sua genua mea pedesqꝫ colliga/
uit caput vero suum intra meum os mittens spiritum meū ebi
bens abstrahit Quibꝰ dictis statim defunctus est atqꝫ vt peni
tendo liberari potuisset a dracone quē viderat expectatus non
est ꝙ nimirꝫ constat quia ad solam audiencium vtilitatem vi
derit. Ad idem est exemplū quod recitat. Cyrillus scribens ad
Aug. de transitu Ihero. Nepos inquit quidez meus Ruffus no
mine vtroqꝫ priuatus parente a teneris annis ad meas deue/
nit manus qui vtinam ex vtero non exisset ne illi quod sustinet
contigisset. Quez tanta diligencia enutriui ut a pluribꝰ a me
genitus putaretur. Crescens itaqꝫ infelix puer etate quidem
non sapiēcia ingenti pulchritudine corporis decoratus sed nō

anime a cunctis dilectione superflua colebatur. Is nāq; .xvsij etatis sue anno imbecillis ⁊ miserrimus expirauit De cuius morte tantus ab om̄ib; insonuit luctus q̄ vix per mensem potuit quietari. At ego nimie eius incūbens dilectioni pluries rogaui gloriosū Ihero. vt michi quid acciderat nepoti meo reuelaret Oranti autē michi die quadam hora nona tantus affuit fetor q̄ nullaten⁹ potui sustinere. Et dum tacitus mirarer vnde tant⁹ fetor esset supra meū verticem eleuatis oculis infelicem nepotem meū vidi terribili visione ita q̄ visum in eū imprimere nō audebaz. Nam cathenis igneis circumligatus flāmas fetidissimas erūpebat. Ad hanc terribilē visionē subito me tantus timor inuasit vt dum plurimū loqui vellem formare vocē penitus non valerem. Postremo aliquantulū ad me rediens si meus erat nepos voce cepi perquirere tremebunda. Ad hec inq̄t ille vlulatib; et suspiriis. Vtinam non essem ne tam diris essez cruciatib; deputatus. Nam scias me perpetuis temporib; mansionib; tartareis p̄mansuꝝ. Heu quid dicā! His dictis tantus michi dolor affuit vt perpluries sim miratus quomodo e vita protin⁹ non decessi. Longis autē expletis colloquiis ab eo scissitatus fui. Cur ita diuinā misericordiā perdiderat cū tot virtutib; videretur pollere. Pro nulla inquit me scias causa fore damnatū nisi quia in ludis maxime delectabar. Atq; in morte volūtarie postposui ꝯfiteri. Quib⁹ dictis disparuit et tantus fetor remansit vt in locum illū per magnū spacium nullus ausus introire. hec Cyrill'. Ve igitur his qui cum talia vel legūt vel audiunt non timent non mutantur nō cōuertuntur ad dominū deum suum. Nam si pro vno peccato solūmodo hominez dei iusticia eternaliter damnat quid faciet pro multis! O somnolenti peccatores. O peregrini velocissimi et aduene in hoc seculo. considerate que ventura sunt et cognoscite quanta vobis īpenitentib; et in peccatis obstinatis diuina iusticia cōminat⁹ mala. Nec sufficit aliqua peccata relīquere vt patet ex dictis nisi omnia pariter relinquantur.

Qualiter de⁹ iusto iudicio permittit eos qui penitenciā differunt vsq; ad extremum vite impugnari variis impedimentis

Capitulum .iij.

Tercium misterium contemplandū de seueritate diuine iusticie contra peccatores impenitentes dicit⁹ pmissio Consueuerūt nāqꝫ in peccatis suis aliqui esse securi ꝓmittentes sibi in extremo vite penitenciam se facturos. Verū tamen iusticia dei seuera quam frequenter permittit tales impugnari maxime a tribꝫ quibꝫ eorum penitencia impeditur. Primo a passionibꝫ. Secundo a demonibus. Tercio a parentibus Primo permittit deꝰ tales peccatores impugnari a passionibꝰ. Nam vt inqt Scotus in. iiij. Solet euenire ꝙ in extremo vite quando peccatores infirmantur in sensitiua parte adest maximꝰ dolor et maximꝰ timor. Dolent relinquere mundū quem cum suis bonis magis dilexerunt quam deū. Timēt mortem que priuat eos omī terreno bono et vita temporali quam preposuerunt eterne. O quātus labor eorum corda mētesqꝫ occupat. Alteratur ex huiusmodi passionibꝰ racio quia secundū Aug. passiones tristabiles plus racionem suffocant quā delectabiles. Inde fit vt et ipsi miseri qui proposuerunt malefaciendo in extremo vite ad penitenciam venire nichil de deo cogitent nullamqꝫ de propria salute memoriā habeāt. qꝛ ut Aug. in sermone de innocentibꝰ ait. Percutitur hac animaduersione peccator vt moriens obliuiscatur sui qui dum viueret oblitus est dei. Sunt de hoc quottidie exempla clarissima. Nam et ego vidi quendam in extremis laborantem qui ditissimus erat et diuicias non sine peccatis congregauerat. Cūqꝫ monerem eū vt iam anime salutem quereret male libenter audiebat huiusmodi verba. Quinimo in lectulo in quo iacebat se voluēs suspirabat gemebat ymo rugiebat. d. O quantū laboraui vt thesaurizarem et alij gaudebūt de thesauris meis. O diuicie mee. O pecunie mee. O iocalia mea quis vos possidebit et quibꝰ vos relinquam. Et in his et similibꝰ retinens cor et animū miserrimꝰ expirauit. In ciuitate eciam. Spoletana puella quedaꝫ formosa fuit que vanitatibꝰ semper intenta nil de futura vita cogitabat. Hec infirmitate percussa moniciones et hortamenta salutis abhorrebat sicut michi retulerunt q̄ viderunt et audierunt illam. Tandem inualescente morbo cum cerneret infelix iuuencula de proximo sibi īminere mortem rogauit instāt̄ matrem vt eam vestiret et preciosis indumentis que ferre consueuerat ornaret poliretqꝫ illam tanquā si ad nupcias esset accessura. Annuit ei mater fecitqꝫ quod filia volebat. O terribile iudiciū. O stupēdū et admirabile dictu. Sic ornata sic īduta

suspirando clamare cepit iuuencula vana· Heu q; moriar ego sic pulchra moriar ego sic decora moriar ego in tã tenera eta te· Dicebant illi circumstantes· Cõmitte te deo filia quia be, nignus ⁊ clemens est· At illa magis lamentabiliter respon debat· Et quid michi cum deo! Vem o dyabole suscipe tu animã meam· Inter que verba expirauit damnata et desperata· Se cundo permittit de⁹ impugnari peccatores impenitentes i ex tremo vite a demonibꝫ Ipsi etenim spiritus maligni et si a cir cumstantibus non videantur apparent tamen his qui morium tur aspectu horribilissimo tẽptãtq; infestant ac conantur du rissimo certamine vt de misericordia desperent· Vñ Beda re / fert de gestis Angloꝝ· Q; rex quidam anglie· Aduerẽd⁹ nomine habuit militem in armis probum sed corruptũ in mo/ ribꝫ· Cum autem improuisa infirmitate feriret⁹ a rege visita/ tur et monetur ad penitenciam qui renuit· d· Q; videretur hoc facere ex timiditate cordis· Cum vero ad mortis deduceretur terminos iterum rex visitauit eum confortãs vt peniteret· O domine mi rex tarda hora est cum iam iudicatus sim et dam/ natus· Nam paulo ante quam hũc intrares ingressi sunt duo clarissimi iuuenes quorum vnus sedit ad pedes lecti mei alter ad caput et dixerunt· Iste adiudicatus est morti· Videamus si aliquod ius habemus in eo· Et vnus extraxit librum speciosis simum sed valde paruulum de sinu suo literis aureis et fulgen tibꝫ conscriptum in quo legẽs vidi aliqua parua bona que fe ceram in iuuentute mea antequam mortaliter peccassez· Et cũ miromodo exultarem in visione horum ecce duo teterrimi de= mones intrauerunt et vnũ magnuz librum literis nigris scrip tum in quo vidi oñia peccata mea· Et dixerunt demones an= gelis qui ibi erant· Quid hic facitis cum in eo nullũ ius habea tis et liber vester nichil valeat sed noster! Et responderũt an geli q; verum est et recesserunt· Et hi duo demones cruciant me· Quibꝫ dictis infelicissimus expirauit· Est ergo molestus dyabolus morientibus non solum impijs atq; peruersis sed eci am sanctis et amicis dei· Scribit enim Cyrill⁹ ad Aug· i transi tu Ihero· Q; Eusebus vir sanctissimus quõdam ihero· glorio= sissimi discipulus· Cum esset e vita migraturus aduemente die qua se ex Ihero· reuelacione migrare sciebat die tercõ pre eunte labore febrium concussus valide se super terram magri non imemor nuduz deferri fecit a fratribꝫ et a singulis osculũ accipiens benigna eos consolacione confortauit vt in sancto

manerent proposito. Deinde saccum quo operiebatur glorio/
sus Jhero⁹. deferri ⁊ supra se poni fecit ordinauitq; se nudum
instar magistri sui Jhero. gloriosi extra ecclesiam in qua iace
bat sancti Jheronimi corp⁹ sepeliri. Post hec corpe sacratissi/
mo domini se muniens deo et beato iheronimo deuote se cōmē
dauit. Et sic per triduum locucione corporali ac visione priua
tus circumstantibꝫ fratribꝫ psalteriū ac passionem domini ac
alia sancta legentibꝫ. Die vero quo moriturus erat ante beate
anime exitum per duas horas venerabilis. Eusebius ce/
pit ita terribiles act⁹ peragere ꝙ circumstātes monachi pa/
uore perterriti velut amentes in terra iacebant. Nam quandoq;
transuersis oculis manibꝫ simꝫ iunctis voce dira facieq; ter
ribili clamabat. Non faciam. Non faciam. Mentiris mentiris
Post hec ad terram rediens faciem in terra firmabat quantū
poterat clamans. Adiuuate me fratres ne peream. Quod mo
nachi videntes lacrimantibꝫ oculis eū interrogarunt quid es
set. Ad quos ille. Nonne videtis demonū agmina qui me deuo
rare cupiunt. Et illi. Quid te factuꝝ volebant cum dicebas.
Non faciam mentiris! At ille. Conabantur namq; vt nomē dei
blasphemarem et ego hoc nolle facere acclamabam. Dicebāt
insuper vt de dei misericordia desperarem eo ꝙ essem damna/
tus. Quibꝫ ego respondebam ꝙ mentirentur. Abscondebā au
tem faciem meā ne viderem eoꝝ aspectū qui taꝫ terribilis est
vt sustineri non possit. Si ergo hic dei amicus tam duꝝ pre/
lium a demonibꝫ sensit quid facient peccatores nefandissimi q̄
tam diu dyabolo seruierunt! Tercio permittit de⁹ peccato/
res impenitentes impugnari in extremo vite a parentibꝫ a do
mesticis et propinquis. Ipsi equidē sunt qui egrotantibꝫ con
fessionem nominare nō audent sacerdotes et religiosos nomi/
nare volentes indignanter expellunt notarios si cōparuerint
vt testam conficiāt turpiter eiciūt. O amici carnales. O inimi/
ci animaꝝ carorum vestrorum. De vobis dicitur Mathei. x. c.
Inimici hominis domestici eius. Propterea salubriter prouisū
est per. c. Cum infirmitas. de pe. et re. Dicit enim sic Cum infir
mitas corporalis nonnūquam ex peccato proueniat dicente do
mino languido quez sanauerat. Vade et āplius noli peccare ne
deterius tibi contingat presenti decreto statuimus et distric/
te precipimus medicis corporum vt cum eos ad infirmos vo/
cari ꝯtingerit ipsos añ omnia moneāt et īducant vt medicos

aduocent animaꝝ ut postquam infirmo fuerit de spirituali sa
lute prouisum ad corporalis medicine remedium salubrius ꝓ
cedatur cum cessante causa cesset et effectus. hec ibi. Sed per
mittente deo ad puniendam negligenciam impenitenciuꝫ nec
ipsi medici statutū hoc saluberrimū ecclesie obseruant. Timē
dum igitur est omnibꝫ peccatoribꝫ ne seuiat in eos iusticia dī
Ideo in tempore oportuno sine dilacōne studeant ad peniten/
ciam redire ut illa mediante faciant se dignos gracia ⁊ conse
quenti beata gloria in qua viuit deus in secula seculoꝝ Amē

Feria quarta post dominicā in sexagesima. De seueritate di
uine iusticie contra Origenistas qui dicūt in fine oīs dya/
bolos ac homines fore saluandos

Sermo .xi.

Reddet vnicuiqꝫ secundum opera sua. Sapientissimi fi/
lij dei verba sunt ista Mathei. xvi. c. originaliter scrip
ta. Offert se nobis ex omni parte magis ac magis tre
menda iusticia dei que non respicit personas hominum non cu/
rat angeloꝝ dignitatem sed omnibꝫ peccantibꝫ et de peccato
non penitētibꝫ cōminatur indifferenter damnacōnez eternam
Sunt tamen origeniste quidam pertinaciter asserentes q̄ in fi
ne deus lapsis angelis et damnatis veniam dabit quodqꝫ in/
fideles omnes reuocabuntur ad celum et q̄ cristiani quilibet
habitabunt in paradiso itaqꝫ dei misericordia superabit oēm
rigiditatem iusticie eius. Contra tales in presenti sermone
dr̄e statui ostendereqꝫ quam fortis et aspera sit diuina iusti/
cia contra peccatores quoscumqꝫ. Ad quod intelligendū con
siderandamqꝫ illam proponimus ex triplici parte.

Primo ex parte angelorum maloꝝ.
Secundo ex parte infidelium excecatorum.
Tercio ex parte cristianorum falsoꝝ.

Qualiter errauit Origenes circa saluacionem malorū āge/
loꝝ. et qūo tantus error per sacras scripturas roboratur.

Capitulum .i.

Primo proponimus cõsiderandum dei iusticiam terribilem et seueram ex parte angelorũ malorum. Nã eos excellentissimos nobilissimos perfectissimosq; in omni natura multos et quasi innumerabiles propter vnum solũ peccatum superbie a paradiso seu empireo celo eiectos eternaliter condempnauit. Verũ pro clariori noticia huius partis tria dubia emergunt disputanda. Primũ vtr Origenis opinio fuit q; mali angeli saluabuntur. Secundum vtr mali angeli sint in inferno. Terciũ vtr per scripturas probari possit q; angelorum malor; pena nũquã finietur. Circa primũ dubium est triplex modus dicendi. Primus est quorũdam qui Origenem excusare volunt. d. Nũquam eum falsa aut reprehensione digna non solum scripsisse sed nec docere potuisse. Sz mendacia quorũdam attribuunt omnia que de Origene erronea et hereticа predicantur. Inuidi autem talia Origeni vt illum crimmarentur imposuerunt. Mouentur autem isti defensores Origenis ad sic tenendum. Tum propter eius sanctimoniã. Tum propter profundam scienciam. Tum propter feruentissimũ zelum. Nã vt colligitur ex dictis Eusebij in historia ecclesiastica et ihero. in li. de viris illustribus Origenes habuit patrem Leonidã christianum et martirem post cuius martirium cum rebus patrimonialibus ob confessionem nominis christi esset priuatus cum matre vidua et sex fratribus pauper derelictus habens annos circiter. xvij. etatis studio literarum intentus se matrem et fratres de eo quod docens lucrari poterat sustentabat. Et sepius martir migrasset ad dominum nisi mater eius pia fraude nocte vestes eius subripuisset. Consecutus tandem est a deo scientie graciam. Eratq; potentissimus in gramatica et omnibus secularibus lris in omni quoq; phia et naturali erudicõe perfectus sed instructus maxime in lectione et doctrina diuinor; voluminum vnde pro incredibili sciencie sue prerogatiua doctor ecclesie. Alexãdrine a Demetrio ipsius loci epo institutus est cathedrã q; doctoris post Pantherium et Clementem tercius obtinuit. Cuius. s. Clementis et ipse auditor extiterat. Vbi dum verbum domini doceret palam tam viros quam femimas instruxit. Et vt omnis maledicti turpis occasionẽ infidelibus tolleret quod dã minus perfecti sensus sed feruentis fidei castitatis op9 exercuit. Nam illud euangelicum attendens. Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnũ celor; mox illud in se cõpleuit. Tũcq; nulla aduersarijs detrahendi occasione relicta vigilãter

doctrine et predicacōni vacauit in abstinencia plurima in ieiu
neis in vigiliis. Ex eius vero auditoribꝫ multi martires sunt ef
fecti. Et nūquā ꝑmisit ea q̄ in ecclesiis disserebat a notatoribꝫ
excipi nisi qn̄ sexagesimū etatis sue annū agēs multo vsu et la
bore plurimū in verbo dei fiducie accepat. Isidorus autē in .vi
ethimo. li. sic de ipso ait. Origenes in scripturarū labore tā gre
cos quā latinos operū suoꝝ magnitudine supauit. Deniq; ihe
ronimꝰ sex millia libroꝝ eius se legisse fatetur. Propter hec
omnia g̊ non videtur quibusdā vt diximꝰ q̄ Origenes tā gra
uiter potuerit errare vt diceret eciā dānatos angelos fore sal
uandos Sꝫ his ego respondeo q̄ nullꝰ ē tā sanctus tā iustus tā
doctus in lege dn̄i tamq; exercitatus in via eius vt cadere nō
possit scdm cōmunē legē. Sapiencior certe mundiorq; ipso Ori
gene erat in celo empireo Lucifer et tn̄ propt' peccata expul
sus ē inde. Quare autē deꝰ permittat ruere eos q̄ diu in virtu
tibꝫ pseuerarunt penitus ignoramꝰ qꝛ iudicia dei abissus mul
ta. Secundus modꝰ dicēdi de origene ē alioꝝ qui tenent ipsū
errasse ꝫ post errorē ad penitenciā venisse. Ostendunt aūt plāc
tum quendā q̄ ascribit' Origeni tn̄ planctus ille inter apocri
phas scripturas ānumerat' ut patꝫ .xv. di. c. Sācta ro. ecclesia
Terciꝰ modꝰ dicendi de origene ē q̄ in veritate errauerit vn̄
Augꝰ .xxi. li. de ci. dei. c. xvii. vel. xxi. ait Nunc iā cū misericor
dibꝫ nostris agēdū esse video et pacifice disputanduꝫ qui vel
om̄ibꝫ illis hom̄ibꝫ quos iustissimꝰ iudex dignos gehenne sup
plicō iudicabit vel quibusdā eoꝝ q̄ nolunt credere penā sem
piternā futurā ꝫ post certi tēpois metas ꝓ cuiusq; peccati q̄n
titate longioris siue breuioris eos inde estimāt liberātos Qua
in re misericordior ꝓfecto fuit Origenes q̄ et ipsū dyabolū et
angelos eius post grauiora ꝓ meritis et diuturniora suppli /
cia ex illis cruciatibꝫ eruendos et sociandos sanctis angel' cre /
didit. Sꝫ illū ꝓpter hꝰ et propter alia nōnulla nō īmerito repro
bauit ecclesia. hec ille. Et ihero⁹ ad palmachiū inquit. Si mi/
chi creditis Origenista nūquā fui et si nō creditis nūc esse ces
saui. Male sentit de filio peius de spiritu sancto aīaꝝ de celo
ruinā īpie ꝓtulit verā tociꝰ carnis resurrectionē negauit. Et
idē ad Desideriū ait Origenes melior in bonis peior in mal' fuit
cuius hereses in libris Periarchon quos ipse cōposuit maxīe
inueniri dn̄r. Et idem aduersus Vigilanciū sic loquit' Operis
mei est ⁊ studii multos legere vt ex plurimis diuersos flores
carpā non tam ꝓbaturus omnia quā que bona sint electurus

Assumo multos in manu mea vt a multis multa cognoscam.
Origenes hereticus quid ad me! qui illū in plerisq; hereticuz
esse non dubito. Errauit. n. de dyaboli penitencia errauit et de
animaz statu et qđ his deteri9 est patrem et spiritū sanctum
in cōmentarijs Ysaie seraphim esse testatus est. Si errasse nō di
cerem et hec quottidie non anathematizarē essē erroris illius
soci9. Neq; n. ita debem9 illius bona suscipere vt mala quoq;
suscipere videamur. Ad idem in multis scripturis bene interp/
tatus est et ꝑphārum obscura disseruit et tam noui quam ve/
teris testa. reuelauit maxima sacramēta. hec ille. Secundū
dubium erat Vtrum mali angeli sint in inferno. Et ad hoc re
spondet domin9 Bon. di. vi. ij. li. d. cū. Alexandro de ales in. ij.
volumine fūme. Q; locus demonū post lapsū vsq; ad diem iu/
dicij nō ē locus subterraneꝰ quē vocam9 infernū ꝫ aer caligino
sus in quo generaliter demonū habitat multitudo. Vtrum aūt
aliqui detrusi sint in infernū hoc ego nescio nec inuenio deter/
minatū a sāctis. Hoc autē bene credo q; aliqui descendent ad/
torquendas animas secundū quod habent iter se deputata ma
ledictionis officia. Si eciam in isto aere puniantur pena ignis
diuersi senciunt diuersa. Quidā dīnt q; sic licet min9 intense q;
post iudiciū Alij autem dicunt. Q; talis pena differtur eis vsq;
ad iudicium et interim grauem penā suscipiunt ex eo q; fūt in
isto aere caligmose quia locus in quo conditi sunt erat celum
empireū qđ est luminosū et ē eis locus naturalis ad quem nō
possunt āplius reuerti. Terciū dubium ꝓpositū. Vtrum per
scripturas ꝓbari possit q; nūquā dyaboli saluabūtur. Et ad hꝰ
Aug9. xxi. li. de ci. dei. c. xxiij. Inducit duas auctoritates vna ē
Jo. Apoc. xx. d. Dyabol9 qui seducebat eos missus ē i stagnū
ignis et sulphuris vbi bestia et pseudo ꝓphe cruciabunt2 die
ac nocte in secula seculoz. Alia ē auctoritas cristi qui Mathei
xxv. ait. Ite maledicti in ignē eternū qui patus est dyabolo et
angelis eius. Ex quibꝰ sic Aug9. d. Qđ hic dicit2 in eternū ibi
dr i secula seculoz. Quibꝰ verb scriptura diuina nil aliud sig
nificare cōsueuit nisi q; finē temporis nūquā habet. Ideo aug.
audacter in li. de fide ad Petrū sic loq̄tur. Firmissime crede dy
abolū et angelos eius in ignē eternuz a cristo esse mittendos
vbi nūquā carebunt pena quā eis preparauit diuina iusticia.
Si igit2 deꝰ tam dure punuit angelos q; peccauerūt et i ma/
licia sua obstinati permanserūt quō securi sunt transgressores
homines diuinorū preceptoz! O reprobi offensores maiestatis

diuine. O profumtuosi et temerarij executores oīm malorum affectionū cur non timetis? Cur non pauescitis? Cur demq̄ nō cōpungimini ad cōminantē vocē fūmi dei. Ipse quidem vt in sermone p̄cedenti patet ad vos clamitat. Nisi conuersi fueritis sicut angelis non peperci nec vobis parcā sicut angelos a sedibꝫ celi eieci ita et vos eiciam. sicut illos perpetuo cruciandos dānaui ita et vos damnabo. O tremenda iusticia dei cui resistere nullꝰ potest non hoīes nō angeli spūs potentissimi.

Qualiter iusticia dei damnabit omnes infideles et quid sen/ciendum ē de paruulis de philosophis et alijs infidelibꝫ.

Capitulum .ij.

Secundo proponimꝰ cōsiderandā terribilem iusticiā dei ex parte infideliū excecatoꝝ. quos omnes quotquot fuerunt quot sūt vel erunt cū infidelitate moriētes dānacōni perpetue deputauit. Sciendū tamen q̄ triplex ē infidelitas. Prima paruuloꝝ. Secunda phōꝝ. Tercia maliciosoꝝ.

Prima ē infidelitas paruulorū. Et hec dicitur secundū purā negacionē ex hoc solo q̄ puuli non habēt fidem. Et hec secundum Tho. ij. ij. q. x. non habet racionē peccati sed magis pene quia talis ignorancia diuinoꝝ ex peccato primoꝝ parentum secuta ē. Ideo qui cū tali infidelitate moriuntꝫ dānantꝫ quidē non propter infidelitatis peccatū sed propter originalē culpā ab illis contractam ita q̄ oīnes puuli sine baptismo moriētes et in lege veteri sine alijs remedijs contra peccatum originale adhibitis erant de numero dānatorū. Verūtamen de illis dubitari solet. Vtrum puniendi sint pena materialis ignis quoniā Augꝰ. de fide ad Petrū ait. Firmissime tene puulos q̄ sine sacramento baptismatis de hoc seculo transeunt eterni ignis supplicio sempiterno puniendos. Et idē in Enchꝫ. contrariū videtur dicere. Mitissima īquit sane eoꝝ erit pena qui pret̄ peccatum qd̄ originaliter contraxerūt nullū insuper addiderūt Sz si punirētꝫ pena ignis non esset mitissima. Ideo dicit. d. Boñ. in. ij. di. xxxiij. Q̄ quidam attendentes rigorem diuine iusticie ac sentenciam qua deus hominem pro vno modico mortali in quo momentanea et quasi nulla fuit delectacō cruciat eternaliter dn̄t q̄ paruuli cremabuntur igne materiali longe tamē minus quam illi qui peccauerunt peccato actuali. Et hoc dn̄t sensisse Aug. cum dixit in Enchꝫ. penam paruulorum esse mitissimam. Et in libro de fide ad Pertrum. Pāuuli cruciabuntur eterno supplicio. Mitissimam enim illaz vocat nō absolute

sed respectu aliorũ Sed cum valde durum videatur q̃ deꝰ tã
dure tã aspere agat cum paruulis sic decedẽtibꝫ Ideo alia ex
tat posicio mitior que magis cõcordat pietati fidei et iudi/
cio racionis Q̃ q̃ paruuli decedentes cũ originali culpa carẽt
iusticia et spiritus sancti gracia que est pignus hereditatis e/
terne priuantꝫ in eternum visione dei Quia nõ in carne fuit fe
ditas ideo ponentur in loco vili vtpote infernali. Sed quia ñ
habuerunt in se actualem delectacionez peccati nec in spiritu
nec in carne ideo non sẽtiunt pene ignis acerbitate. Et huic
opinioni inheret magister in lr̃a et in textu Ad dictum vero.
Augꝰ. preallegatum in libro de fide ad petrum dicere possu
mꝰ. Q̃ ipse sic locutus est non intendens dicere q̃ paruuli sẽ
sibiliter crucientur sed pociꝰ manifestare voluit penam eoruz
quantum ad carentiam visionis dei et quantum eciam ad vili
tatem loci. Et hoc valde abundanter exp̃mit plus dicens et
minus volens intelligi Nec sine causa sic loquitur facit enim
hoc ad extirpandam illam heresim que dicebat paruulos nul
la pena puniri vnde sicut in moribꝫ documentum est Q̃ qui
vult ab vno extremorum peruenire ad medium debet decli/
nare ad aliud extremũ sic̃ docet phs. ij. et h̃. c. ix. Nõ pumẽtꝫ
g̃ puuli pena sẽsꝰ ⁊ materialꝫ ignis ꝫ pena dãni ⁊ carẽcia visio
nis diuĩe vtruz autẽ insit eis aliq̃s dolor ĩteriõ satis apud doc
tos dubiũ est quidã enĩ voluerunt dicere carebũt cognicõe et
dolore. Cog̃tione q̃dez exigente dei iusticia et dolore exigẽte
miscdia: diuĩa iusticia nãq̃z exigit vt ñ dt̃ eis pꝰ hãc vitã do
nũ aliq̃d cog̃cõis q̃d ĩ hac vita ñ habuer̃t vñ sic̃ caruer̃t cog̃/
cõe fidei et oĩ genẽ cog̃cõis ĩtellectiue illi q̃ mortui fũt añ vsũ
racõis sic eciã carebunt pꝰ hãc vitã nec diuturnitate tempo
ris addiscent. Misericordia exigit vt non habeant penam ac
tualis doloris cum non habuerint maculam actualis culpe et
ideo iusto suo iudicio priuat eos deus omni eorum cognicio/
ne que possunt eis inferre dolorem. Melius est enim talia ig
norare quam scire. Sed quia difficile est intelligere q̃ anima
separata non habeat vsum racionis et non cognoscat ea
saltem quorum cognicio est ei naturaliter inserta cum ex p̃
te corporis impedimentum non habeat. Ideo alij aliter o=
pinantur scilicet q̃ anime paruulorum et habebunt cognici=
onem et habebunt dolorem. Scient enim ꝓpt̃ q̃d facte fũt ⁊
sciẽt se ab illo bono merito originalis culpe eẽ p̃uatos ⁊ tam̃
non habebunt dolorẽ q̃ mereatꝫ dici vermis q̃ nõ habebunt

De pena puuloꝝ sine baptismo decedentiu:

1ꝰ modꝰ

2ꝰ

remorsū q̄ perdiderit illd̄ bonū ꝓpt̄ ꝓpam negligēciaz et cō
tēptuz. Et ꝓ tāto dolor eorum erit multo mitior q̄ dolor ad
ultorū. Sed opinio ista bene stare nō potest tū ꝓpter hoc q̄ do
lor ille est absq̄z spe et ita cum murmure et despacōe tū eciā
quia dolor aīe redundat in carnem. Et si talis dolor ex delibe/
racione procedit non videtur eē absq̄z actuali obligacōe. ꝓp/
39 terea ē terci⁹ mod⁹ dicēdi probabilior et ꝯmunio. Q̄ aīe par
uulorum carebunt actuali dolore et afflictiōe ñ tamē carebūt
cog̃cione Et hoc potest satis racionabilit̄ intelligi per hunc
modum. Decedentes enim in solo originali mediū tenēt inter
habentes gr̄am et culpaz actualez ⁊ quoniam status retribu
cionis debet respondere statui vite presentis in tali statu de/
bent anime paruulorum poni vt quasi medium teneant inter
beatos ⁊ eternis ignibꝫ cruciatos. Nm̄ g̊ beati carēt malo pe
ne sēsibilis et cū h̊ habēt dei visionē dānati ecōr̄rio sūt ī tene
bris ⁊ pūiunt̄ pena sēsibili Paruuli sc̄dz ordīez rectū diuīe eq̄
tatis debēt ꝯmūicaē ī vno cū dānatis et ī alio cū beatis. Sz nō
possunt ꝯmunicare cum beatis in habendo diuinam presenciā
quia tunc in nullo ꝯmunicarēt cum damnatis. Presencia enī
visionis dei non stat cum pena sensibili. Ideo cum beatis com
municant ī hoc q̄ carent omni afflictione exteriori ⁊ interiori
cum damnatis vero in hoc q̄ priuantur visione dei et lucis
corporalis. Paruuli igitur sic diuino iudicio inter beatos et
simpliciter miseros quasi in medio constituti hic nouerunt. et
cum ex vna parte consideracio generet desolacionem ex alte
ra consolacionem ita equa lance diuino iudicio eorum cogni
cio et affectio liberantur et in tali statu perpetuantur vt nec
tristicia deiciat nec leticia reficiat. Et in hoc mirabilis osten
ditur ordo diuine sapiēcie que cuncta nouit suis locis disponē
⁊ ad suā gl̄iaz ordīare Nā sic ī btis potissime māifestat̄ mise
ricordia ⁊ ī. dā. iust. ita ī istis misc̄dia siml̄ ⁊ iusticia ⁊ ex h̊ pa
rz q̄ ñ facit de⁹ aīas frustra q̄s nouit d̄ corpe añ suscepcōem
bap. egressuras Oīa enī facit d̄⁹ ad suā gl̄iaz māifestādā vñ
si tu q̄ras q̄d puuli faciūt vtrū addiscāt vl̄ ꝯferāt vl̄ aliqd̄ op⁹
exerceant breuit̄ ego respōdeo Nd̄ diuine iusticie eq̄tas ⁊ im
mutabilitas ī eodē statu q̄ntū ad corpa ⁊ q̄ntū ad aīas siue
ad cog̃tiuam ⁊ q° ad affectuā ꝓpetualiter eos consolidat vt
nec ꝓficiant nec deficiant nec letent̄ nec tristent̄ sed sēp sic
vniformit̄ maneant vt sint materia laudandi diuinū iudiciuz
qd̄ sic equū ⁊ iustū ē vt nullū malū r̄linq̄t īpūitū ⁊ nullū bonū

bonuz irremuneratū et perfectissime teneat mediū inter super
fluuz et diminutū hec · Boñ Ego autē dico q̄ difficile ē assig-
nare puulorū damnatorū q̄litatez et condicōez · Nobis tamē
sufficere debet q̄ dei iusticia eos ꝓpetuo cōdemnabit Et in hꝰ
redarguende sunt libidinose mr̄es fornicarie et adultere imo
filicide quaruz culpa fit sepenumero vt vel in vtero vel extra
vterum puuli interficiant' · O nefādissimū scelus · O detestādū
maluz quo fit vt anime simul et corpa pimant' Secūda infi
delitas ē moraliuz phorum q̄ scdz racōis regulā vixer̄t extol
lentes v̄tutes vicia v̄o r̄probātes tam̄ fidē ñ habuer̄t nec ex
plicitā nec īplicitā q̄ profecto oēs ex diuīa iusticia cū dānatis
sūt d̄putati · Nec durū vid̄ri d̄bet ista sētire d̄ sapiētibꝫ huiꝰ
seculi Quoniā vt inq̄t · Paulꝰ ad ro · i · Inexcusabiles sūt q̄
cū deū cognouissēt ñ sic̄ deuz glorificarūt aut gr̄as egerūt ꝫ
euanuerūt ī cogitacōibꝫ suis et obscuratū ē insipiēs cor eorū
et dicentes se eē sapiētes stulti facti sunt Tercia ē infidelitas
maliciosorū Que scd̄m Tho · ij · ij · q · x · ē p contrarietatez ad fi
dem quando · s · aliq̄s repugnat auditui fidei vel ipsaz cōtēnit
Et in hoc ꝓpe perficit' racō īfidelitatis que peccatū ē morta /
le · Et in hac impliciti sūt iudei idolatre machometā et alij ꝯ
tradicētes xp̄iane fidei quorū ꝓchdolor grādis ē numerꝰ oēs
q̄z d̄i iusticia dānabit ad īferos eciā si alia pctā ñ habēnt Nec
valet opinio illorū q̄ dicūt vnūquēq̄z in sua fid̄ vl' lege ex q°
credit eā bonā posse saluari q̄z vt scribit' ex̄ de sūma · t · et fide
cath̄ · vna ē fideliuz vniūsal' eccl' · ex̄ quā nullꝰ omīo saluatur
Et de hac · d · cyp̄anꝰ · xxiiij · q · i · c · Loquit' · Hanc vnam eccl'
in cātico cāticorū sp̄us sanctꝰ ex persona xp̄i dn̄i designat · d · v
na est columba mea formosa mea Hanc ecclesie vnitatez ⁊ be
atus paulus docet ⁊ sacramentum vnitatis ostendit · d · vnus
deus vna fides vnū baptisma vnū corpꝰ et vnus spiritus vna
spes vocacionis nostre Ad idem est · c · Quoniam vetus · xxiiij ·
questione prima Et · c · aliud de conse · di · iiij

Erroneū ꝓfecto dr̄e.

Qualiter iusticia dei damnabit omnes malos xp̄ianos sine
penitencia moriētes et quare pena eorū grauior erit aliorū
Capitulum · iij ·

Tercio proponimus considerandam acerrimam iustici/
ā dei ex pte xp̄ianorū falsorū quos cū dyabolis ⁊ īfid̄li
bꝰ si in peccato moriāt' ꝯdēnabit · Et ad hoc clariꝰ ī
telligēdū d̄ illorū dānacōe notabimꝰ tria Primo verificacōz

porali presidio · Ab omnibus timendus ē deus quia potest
omnes eciā tpaliter aspa disciplina castigare Tercia rō q̄re

timendꝰ est deꝰ dr damnacionis ·Ipse namqꝫ vt diximꝰ in
superioribꝫ dānabit iniquos eternis ignibꝫ cruciandos Et li=
cet damnacō iniquorū mala sit eis quos affligit verūtamē
bona ē in quantū ꝓuenit a iustitia dei ordinata ad malos
puniendos ideo vt rationes ptacte bñ ocludunt deꝰ merito
est a nobis timendus·

De multiplici timore et sufficiētia eius et qualiter potest
homo in timore deficere aut ꝓficere peccare vel mereri·

Capitulum ·ij·

Secundum misterium declarandum dr distinctio ·Vt
enī colligit² ex dictis ·Magistri in ·iij·di·xxxiij·tri=
plex timor potest distingui · Primꝰ dr naturalis ·
Secundꝰ vitiosus· Tereiꝰ dicitur virtuosus· Primus ti=
mor dr naturalis q̄ orit² ab ipa natura qꝰ q̄libet timet natu
raliter quelibet otraria atqꝫ nociua Cui timor nō est meri
toriꝰ nec demeritoriꝰ hic timor fuit in cristo de qꝰ dr Ma=
thei·xxvi·Cepit ihesus pauere et tedere et mestꝰ esse· Se/
cundꝰ timor dr vitiosus q̄ nasci² a ocupiscētia ·Et ꝫ dupli
citer q̄a aut a ocupiscētia sui aut ā ocupiscētia suorū Si a
ocupiscētia sui dr timor humanꝰ Si a ocupiscētia suorū vo
ca² timor mundanꝰ Timor humanꝰ ē cū aliq̄s timet plus
debito corpi suo hic ꝓhibet² ·Matꝫ·x·ex vbo xp̄i dicētis
Nolite timere eos q̄ occidūt corpꝰ Et ·Jo·xij · Qui amat
animam suā pdet eā Et sumit² ibi aīa ꝓ vita sic etiam su
mit² Matꝫ·ij·Jo·x·et in plerisqꝫ scripture sacre locis ·Pro
ꝫ timore cohibētur·d·Jo·Criso·xi·q·iij·c·Nolite timē Noli
te timē eos q̄ occidūt occidūt corpꝰ ne forte ꝓpter timorē
mortis non libere dicatis que audistis Ideo non excusantur
qui veritatem quam predicare tenentur tacent timore de /
victi Non excusatur Petrus qui tali timore negauit domi/
num xp̄m Non excusantur demiqꝫ q̄ peccant ꝓpter timorez
alicuiꝰ personalis nocumenti quia vt·d·Augꝰ·i·li·de·ci·dī
et ponit²·xxxij·q·v·c·Ita ne Prociꝰ debet quis quelibet ma=
la tolerare q̄ malo consentire Et de hoc dr·xxxi·q·ij·c·Lo=
tariꝰ Nec etiā occisores corporis sūt timēdi extra iustitiā ho
mines impellentes Sunt de hoc exempla martirum et vir=
ginum aliorumqꝫ amicorum dei qui pocius mori elegerūt
quam negare cristum aut facere contra bonos mores ·Sic
Susanna passa est pocius falso crimināta accusari condem
nariqꝫ ad mortē q̄ libidinosis senibꝫ in adulterio cōsentire vt

habet⁹ Danielis·xiij·c·Sic sancta illa vidua tpe Antiochi p̄
elegit cū septem filijs quos ip̄a ad martirium monuit et in
duxit crudelit' vitā finire q̄ ɔtra legem carnes manducare
porcinas·Sic Katherina sic Lucia sic Cecilia sic Agnes sic re
lique tandē v̄gines magis elegerūt ad mortē tendē q̄ a suo
spōso xp̄o viuētes discedē O neq̄ et subdola excusacō eorū
q̄ mortaliter peccāt asserētes id facē ꝓpter humanū timorē
Nunq̄d cū dei adiutorio nō potest a volētibꝫ supari. Eiusdē
q̄ ꝓpe nature cui⁹ et nos sum⁹ fuerūt sācti et sācte in q̄bꝫ hu
man⁹ timor locū nō habuit ·Est ali⁹ timor q̄ dr mūdan⁹ q̄
nascitur a ɔcupiscēcia suorū ·Et est qn̄ aliq̄s nimis timet de
rebꝫ suis q° fit vt magis quis velit ꝑdere deū q̄ h̄ mundi /
alia bona Iste timor fuit in iudeis cū occiderūt xp̄m Dicebāt
enī vt scribit⁹·Jo·xij· Si dimittim⁹ eum sic omnes credēt in
eum et veniēt romani et tollēt locū nr̄m et gentē· Terci⁹
timor dr v̄tuosus q̄ nascit⁹ a gracia Et si a gr̄a gratis data
dr timor seruilis Si a gr̄a inchoata dr timor inicialis Si a gra
cia ɔsumata dr timor filialis Timor seruilis est vt ait Aug⁹·
cū ꝓpter timorē gehenne hō abstinet a peccato Et de hoc ti
more dicit dn̄s·Bona·di·xxxiiij·tercij·li· Q̄ ē donum spirit⁹
sancti·quia vt d· Aug⁹ quem allegat Magister in lr̄a Bo
n⁹ ē timor seruilis ⁊ vtilis ꝑ quē fit paulatim ɔsuetudo iusti
cie Insuper sicut donum dei est nosse siue credere penas fu
turas pro eo q̄ est ibi quedam cordis illuminacio et direc/
cio sic donum dei est illas penas eternas refugere et time
re pro eo q̄ ex tali dono est quedam cordis illuminacio et
fluxus concupiscencialis restrictio et in hoc quedam rectifi/
cacio ·Sed posset aliquis contra hoc obicere sic ·Omne do
num spiritus sancti potest stare cum spiritu sancto quia ·s·s·
non repugnat suis donis Sed quando spiritus·s·infunditur
tunc timor seruilis expellit⁹ sic dicit ·Aug⁹ quē ·Magister
allegat in textu Ergo timor seruilis non est donum·s·s· Re
spōdet·d·Bona · Q̄ dona·s·s· sunt in multiplici differencia
Quoddam namq̄ donum est a spū·s·ꝫ non cū·s·s·q̄ ꝓparat
ad spm̄ salutis ⁊ tale donū est timor seruilis Quoddam do
num ē a spū·s·et cum·s·s·quia per ipsum ɔsecratur habita/
culum·s·s·sicut est donum caritatis · Quoddam vero est do
num qd̄ est a spiritu sancto ⁊ aliquando cum·s·s·aliquando
sine·s·s· sicut donum quod est ad spiritum·s·manifestacio
nem et est ordinatum non solum ad ꝓpriam sed eciam ad

Timor { seruilis / Inicialis / filialis

alienam vtilitatē sicut donum ꝓphe et donum sciēcie q̄ ali-
quando in bonis aliqn̄ ī malis repiri habēt Cum g° dr̄ q̄ do
num·s·s·ꝯpatit' secum·s·s·dicendū q̄ istud hz instanciam in
scdo dono qd ordinat' ad habitacōez spūi·s·ꝓparandaz Est
ali⁹ timor ꝓueniens a gracia inchoata q̄ dr̄ inicialis q̄ ē cū
perfecta caritate qr̄ ꝑ hunc timorē timet puniri aliq̄s et ti/
met a deo separi quē iaz amat ꝫ timor separacōis p̄ncipaliō
ē Ali⁹ ē timor filialis q̄ ē cum caitate ꝑfecta q° q̄s cauet of
fensā p̄ris celestis sic bon⁹ filius eciaz si sciret ex illa offensa
nichil mali sibi accidē Sz vtinam hoīes mūdano et huma/
no timore postposito modicū de illo seruili timore tenerent
Sz vhe mūdo a scādalis qr̄ nō ē timor dei an̄ oculos hoīm nō
filialis non inicialis non vtiqz seruilis Perpetrant q̄ꝓpe ma-
la letantes et gloriantes ridētes et ꝑuipendentes terribilia
iudicia dei Quis aiūt hodie populi peccatores poterit nos
offendē? Quid nobis mali aut nocumēti potest euenire? Et
si qn̄ audiūt peccatores ꝯminantē irā et indignacōez dei ui
detur eis audire insomniū aut fabulā O fatuitas reprehēsi-
bilis O p̄sumpcio detestabilis nō timere deū Nā in diluuio
piere gigātes eo q̄ deū timere noluerunt·

de vsu timoris q̄ ē ī patria q̄ dicitur timor reuerēcialis

Capitulum ·iij·

Tercium misterium declarandum dr̄ duracio Videndū
namqz ē si ī patria vbi sancti viuūt in ꝓpetua pace
q̄ete securitate et leticia erit aliq̄s timor dei Et hec
ꝓpter v̄ba ꝓphe·d·Timor dn̄i sāct⁹ ꝑmanet ī·s·s· Et omis-
sis obiectionibꝫ audienda ē sentencia·d· Bona· q̄ pretacta
xxiiij·di·tercij·li·dicit Qr̄ timoris ē facere tria videlicet Pe/
nam vt fugiat Offensionem vt ip̄az caueat · Maiestatē sū-
mam vt illi subiaceat exhibeat debitam reuerenciam Et se
cunduz ꝫ triplex ē doni timoris differēcia ·Vn⁹ timor ē q̄
p̄ncipaliter respicit penaz et iste ē seruilis vt superi⁹ dictum
ē Ali⁹ vero q̄ vnū oculū hz ad penā ꝫ tn̄ p̄ncipaliorez ha/
bet ad offensam vitandam Et hic ē inicialis Terci⁹ autem
q̄ vnum oculū hz respectu offense vitāde aliū respectu reue
rēcie exhibēde Et ꝫ ē filialis ·Cui⁹ et si vsus sit ī refugiēdo
vt separet' a d̄o excellēcior tn̄ ⁊ magis p̄cipuus vsus ē ī re
uerendo deum et in resiliendo a summa maiestate per pro-
priam prauitatem ·Et hic quidem vsus fuit in cristo de q°
dicitur Isa·xi·Requiescet super eum spūs timoris dn̄i Et ē

in sanctis angelis et erit in omnibꝫ beatis q̄ eciam nominari potest timor reuerēcialis Et q̄ntum ad istum oculū et vsum manet donū timoris in patria Quantum vero ad alios inferiores tollit⁹ q̄a isti ꝯpetunt ei secundum statum imperfectōnis Quia vero remanet ei vsus p̄ncipalis hinc est ꝙ non dicitur euacuari sed magis perfici ⁊ saluari·hec Boñ· Ergo vt inquit psal·Beat⁹ vir qui timet dominum quia timō domini expellit peccatum·Eccl' ·i·c·Et qui timent dominum p̄parabunt corda sua et in ꝯspectu illi⁹ sanctificabunt animas suas Eccl'·ij·c· Et qui timet deum faciet bona· Eccl'·xv·c· Et ut Hieronim⁹ inquit in epistolis Timor virtutum custos ē securitas ad lapsum facilis Ergo ꝓcuret vnusq̄sq̄ timere deum vt sic illum collaudet et benedicat q̄ timentibꝫ se largit⁹ in presēti graciam ⁊ in futuro gloriam in q̄ omnes sancti exhibebunt ei cum gaudio timorem ⁊ reuerenciam per infinita secula seculorum Amen ·

¶ Feria tercia post dominicam in q̄nq̄gesima De ieiunio ad quod penitentes debent animari ¶ Sermo· xvij·

Conuertimini ad me in toto corde vr̄o in ieiunio ⁊ fletu et plāctu Dei viuētis ad peccatores v̄ba sūt ista originaliter Joelis·ij·c· Prope iaꝫ est sācte q̄dragesime deuotissimū tēp⁹ in q° sācta mr̄ ecclesia cūctos fideles inducit ad penitenciam hortaturq̄ maxime vt ꝯmissas culpas ieiunando abluant et expurgent Veruntamen ut Jeronim⁹ d· ad Palma· et Ocea Quorū de⁹ venter ē cultū nolūt amare ieiuniū ·Sūt nōnulli q̄ ieiunia spernūt ieiunare nolūt irridēt ieiunātes et qd̄ hijs deteri⁹ ē de ieiunio falsa p̄dicant et loquūtur Aiunt enī ad nichil fore vtile ieiuniū neq̄ deo gratum stomachū affligē fame abstinereq̄ a cibis quos deus creauit ad vtendū neq̄ sapiētis ē aut boni viri esse dn̄t vt se fame macerādo corp⁹ velit ꝑimere ante temp⁹ Qua ꝓpter ī h̄ ſmone de ieiunij laudibꝫ v̄ba facē arbitrat⁹ sū ꝑ vtile ac necessariū Nā ad illud ꝑ os ꝓphē ·Joelis inuitat nos·s·s· vt patet ī verb̄ p̄missis ī themate In q̄bꝫ de ieiunio tria misteria ꝓponim⁹ ꝯtēplanda

¶ Primum dicitur distinctio
¶ Secundum institucio
¶ Tercium ꝯmendacio

¶ De multiplici ieiunio ⁊ q̄d ē ieiuniū ꝓut ē pars penitēcie siue act⁹ satisfactōis · ¶ Capitulum ·i·

Primū misteriū ɔtēplandū de ieiunio dr·di·Vt·n·po/
p test colligi ex dictis · Allexan·in·iiii·voluīe sume et
Ric·in·iiii·di·xv·triplex est ieiunium Primum dicit⁹
naturale Scdm generale·Tercium speciale Primum est ie
iunium naturale cum quis non ɔmedit in nocte nec mane cū
statim surgit de lecto nec in loco aut tempore quo edere nō
licet nisi vrgente necessitate Tale ieiunium non est merito/
rium quia in hijs que insunt a natura nec landantur nec vi=
tuperantur ut patet ex·ij·Ethicorū·Scdm est ieiunium gene
rale quando scilicet abstinem⁹ a peccatis ⁊ offensione dei Et
de hoc inquit Aug⁹ super ·Jo·et ponitur de ɔsecracione·di=
stinctione·v·c·Jeiunium Jeiunium magnum et generale est
abstinere ab iniquitatibus et ab illicitis voluptatibus seculi
Et de hoc loquitur Pius papa de ɔsecracione·di·v·c Nichil
d· Nichil prodest homini ieiunare et orare et alia bona reli=
gionis agere nisi mens ab iniquitate et ab obtrectacionibꝫ
lingua cohibeat⁹ ·Glo·vero super dicto·c·in v̄bo prodest·di=
cit ad vitā eternam vt de·pe·di·ij·c·Opponitur·c Si quis au
tem Tamen ⁊ nos declarauim⁹ ad quid valent bona opera ī
mortali peccato facta·De ieiunio eciā isto generali Ambro·
in omelia·di·lxxxvi·sic loquit⁹ Quid ꝓdest ieiunare visceri
bꝫ ⁊ luxuriari venatibꝫ· abstinē a cibis ⁊ errare peccatis: An
putatis illū ieiunare fr̄es q̄ p̄mo diluculo nō ad ecclesiaꝫ vi=
gilat nō beatorū martirū sācta loca perq̄rit ꝫ surgēs ɔuocat
suulos disponit recia canes ɔducit salt⁹ siluasq̄ ꝑlustrat: De
h̄ siq̄dez si loq̄t⁹ Gregori⁹ ī omelia q̄dragesime Incassū caro
atterit⁹ si a p̄uis voluptatibꝫ anim⁹ nō refrenatur·Hieroni=
mus eciam de hoc sic scribit Tunc preclara est apud deuꝫ ab
stinencia corporis cum aīus ieiunat a vicijs Tercium ē ie
iunium speciale quod sic Alex·diffinit in iiij·summe Jeiuni/
um ē abstinēcia a cibo ⁊ potu s̄m formā ecclesie intuitu satis
faciēdi vel vitādi peccatū vel acq̄rendi vitā eternā Ex qua
diffinicōe habet⁹ qd materiale in ieiunio est abstinere a ci=
bo et potu scdm formā ecclesie·formale vero vt id bono ani=
mo et recta intencione fiat·Propterea ieiunantes cum intē=
cione corrupta et viciosa et deprauata damnant⁹ a cristo q̄
ait Math̄·vi·c·Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite tri
stes exterminant enim facies suas vt ap·ho·ie · Amen dico
vob̄ q̄a rec·in suā Tu a·cum ie·vnge c·t· et·f·t·la·ne·vi·ho·
ie·ꝫ p·t qui est in ab· Et p·t·q̄ vi·ī abs·red·t · Jeiunium g̊

hypocritarum infructuosum ē qꝛ deficit in eo racio formal' v̄tuosi ieiunij Jeiunantes vero cū intencōe recta ad reprimēda vicia carnis et ad satisfaciendū deo v̄tuose facē ꝯprobant' qm̄ scd̄m · T ho · ij · ij · q · cxlvij · Abstinēcia h̄ mō ꝯsiderata ē pars subiectiua tēperancie et hꝫ racionem timoris ·

¶ De institucōe ieiunij q̄dragesimal' ⁊ q̄tuor temporū aliorumqꝫ ieiuniorū ¶ Capitulum ij

Secundum misteriuꝫ p̄ncipale d̄r institucō Possum⁹ enim distinguere triplex ieiuniū ab ecclesia institutum videlicet Primū d̄r q̄dragesimale · Scd̄m tp̄ale Terciū p̄ticulare · Primū ē ieiuniū q̄dragesimale qd̄ ꝯgrue institutū ē adhuc triplici rōne · Primo rōne temporis Secundo numeri · Tercio termini · Primo q̄dez rōne tēporis q̄dragesimale ieiuniū ē ꝯuenient' tēpore veris institutū · Primo rōne trāsgressionis p̄morū parentū q̄ peccarūt ī vere secundū Alexan · in · ij · volumine sūme Et si diceret' vnde probari posset ꝙ temp⁹ veris fuit illud in q° peccauit · Adam Ego respōdeo ꝙ h̄ colligi potest ex q̄daꝫ historia quā memini me legisse Rome in quodā Jsidori ethymo · li · viii · existēti ī bibliotheca de Ara celi Qd̄ ideo dico q̄a ī aliis libris eiusdē Jsidori h̄ nō viderim Dicit' g° ibi Q̄ p⁹ ascensionem dn̄i saluatoris apostoli occupati ī p̄dicacōe euāgelij nichil de obseruācia pasce q̄ · s · die celebrari deberet tradē potuerūt Cū vero ip̄i ex h̄ mūdo trāsissent p vniūsum orbē diūsa introducta fuere ieiunia et oīs Gallia vnū diē anni idest octauo kal' · aprīl' pasca tenebāt Orientales vero sic̄ historia Eusebij Cesariens̄ nārat quocūqꝫ die mens̄ marcij lūa · xiiij venisset pasca celebrabāt Jn italia aūt alij plenos q̄dragīta dies ieiunabāt Alij viginti Alij dicebāt octo dies in q̄bꝫ mūd⁹ ꝯcludit' sibi sufficere ieiunare Alij q̄a dn̄s q̄dragīta dies ieiunasset Alij q̄draginta horas abstinē deberēt Cū he tales obseruacōes p singulas ꝓuincias tenerentur Rome meror eāt sacerdotibꝫ vt vbi eāt vna fides dissonarent ieiunia Tūc papa · Victor Romane vrb̄ ep̄us direxit ut daret auctoritatē ad Theophilū cesarie palestine ep̄m qꝛ tūc in iherosolima ecclesiā metropol' dicebat' vt inde pascalis ordinacō ꝓueniret vbi xp̄s ī cāne fuisset versat⁹ Acceptā itaqꝫ auctoritate Theophil⁹ tm̄ op⁹ sibi iniunctum ꝯsiderans non solum sue patrie sꝫ ⁊ aliarū ꝓuinciarum q̄plures episcopos et viros sapientes ad ꝯcilium ꝯuocauit · Cunqꝫ

grandis illa multitudo eruditissimorum virorum fuisset in vnū
collecta ꝓtulit · Theophilꝰ episcopꝰ auctoritatez ad se di/
rectā et qđ sibi erat iniunctum patefecit Tūc pariter oēs
illi viri docti dixerūt · Primū nob dic qđ a nob petis · Theo=
philꝰ dixit eis Quem diem ꝑmū creditis in mūdo creatum!
Et ordinant omnes de dñico Theophilꝰ eps dixit Quō hoc
ꝓbare potestis! Respondēt illi Ex auctoritate diuine scrip=
ture q̄ ait Factum ē mane ⁊ vespe dies ꝑmꝰ demde·ij·dem=
de·iij·iiij·v·et·vi· Septimꝰ in qᵒ q̄euit deꝰ ab omni ope suo
quem diez sabbatū appellauit Cū g̃ sabbatū dies sit no
uissimꝰ q̄s potest esse ꝑor nisi dñicꝰ At Theophilꝰ accepta
uit Sz iterum interrogauit De tpe qđ vob videt⁹ ! Quatuor
enī tpa in anno accipiuntur Ver estas autumnꝰ et hyemz·
Qđ g̃ tempꝰ credimꝰ ꝑmum factū! Ep̄i rñderunt Ver Theo
philꝰ·d·Probate qđ dicitis Et illi Habemꝰ scripturā q̄ ait
Germinet terra herbā virentē et afferentē semē secdm genꝰ
suū lignūq̄z pomiferū faciēs fructum Et hꝫ tpe veris vide=
mꝰ fieri· Theo·dixit Verū ē Tñ qm̄ tribꝰ mēsibꝰ veris tēpꝰ
accipit⁹ qᵒ loco mūdꝰ cepit esse·i ꝑncipio medio vel i fine!
Ep̄i rñderunt In eq̄ noctio idest octauo kal'·aprilis Theo·
dixit Probate qđ dicitis At illi Ex scriptura dicēte Fecit de
us lucē et vocauit diē fecit tenebras et vocauit noctē et di=
uisit deꝰ lucē a tenebris Theo·d· Ecce de die et tpe ꝓba=
stis de luna qđ vobis videt⁹ ! Quō dicitis fuisse creatā crescē
tem an plenā an minuentē! Ep̄i rñderunt Plenā dicit scrip=
tura Fecit deꝰ duo luminaria magna et posuit ea i firmamē/
to celi vt lucerēt sup terrā Luminare maiꝰ vt ꝑesset diei et
lūmare minꝰ ut ꝑesset nocti Et cū tali inuestigacōe in illo
concilio statuerūt pascha nō debere celebrari añ·xi·kal'· april'
Multaq̄z alia ordinauerūt ad paschē celebritatem ptinencia
Quare clare patet qꝺ ꝑmi parētes tpe veris i ꝑncipio mun
di qᵒ in paradiso terrestri fuerāt collocati diuinū otē ꝑsert ꝑ=
ceptū Et ideo tali tpe xp̄s mortuꝰ ē ⁊ i carne cū hoibꝰ oūsa
tus Secdo tempus veris oueniens fuit q̄dragesimali ieiunio
quia tunc maxime insurgunt et inualescunt motus carnales
Tercia racio ē propter memoriam dominice passionis que
celebratur in vere Nam vt inquit · Augustinꝰ·xviij·li·de·ci·
dei·c·lv·Mortuus ē christꝰ·viij·kal'·aprilis Secundo ieiuni/
um quadragesimale est cōuenienter institutum racione nu/
meri dierum Nam numero quadragenario institutum ē qa

deo tenemur reddere decimas Et decima pars dierum anni
sunt·xxxvi·dies Et quia tenemur satisfacere p transgressio
ne decalogi secundum mordinacoēz q̄tuor affectionum sup
adduntur·iiij·dies ad designandum ieiuniū purgatiuū esse
mordinacionis q̄tuor affectionū Et omma h̄ colligunt ex
dictis ·Gre·in·c·Quadragesima·de·cō·di·v·Propterea nu-
merꝰ ille q̄dragenariꝰ est penalitatis ⁊ afflictionis Quadra
ginta·n·diebꝫ et·xl noctibꝫ pluit deus aq̄s diluuiū in penam
mundane corrupcionis vt patet·Geñ·vij·c·Quadraginta an
nis p desertum vagauerūt filij israhel vbi mali afflicti sunt⁊
mortui et alij per illam peregrinacionez meruerunt vt pa
tet in·li·Numerorum Quadraginta diebꝫ ieiunauit Moyses
vt legem domini mereretur accipere sicut scribitur ·Exodi
xxiiij·Quadraginta dies dati sunt Ninuitis ad pēnitenduz
sicut notatur Jone·iij·Quadraginta diebꝫ Helyas peregri
natꝰ est vsq̄z ad montem dei oreb ·iij·Reg·xix·Quadragi-
ta diebꝫ cristꝰ ieiunauit in deserto Matħ·iiij·Quadraginta
diebꝫ stetit post resurrectionez anteq̄ celos ascenderet Ac
tuum·i·c·Ideo secundum hunc numerum q̄dragenariuz die
rum q̄dragesimale ieiunium est institutum De qᵒ sic cantat
ecclesia Lex et pphē primitus hoc pretulerunt postmodum
cristus sacrauit omnium rex atq̄z factor temporum Tercio
ieiunium q̄dragesimale fuit conuenienter institutum racione
termini·quia interponatim non continuum determinatuz ad
tempus non perpetuum Quod factum est secundum· Alex·
in·iij·Tum propter humane infirmitatis debilitacionē Tū
propter fastidium continue afflictionis Tum propter anni
hilacionez deuocionis ·Nam continuum ieiunium et perpe/
tuum debilitas hominis sustinere non posset sed illum diseri
mini disponeret Fastidium afflictionis nimis fatigaret et ī
pacienciam induceret et deuocio ieiunandi periret Si autez
quereretur quare dominica die non ieiunamus ·Respondet
Alex·q̄ hoc fit ī memoriam leticie dominice resurrectionis
Dicitur enim in decreto·c·Jeiunium·de·conse·di·iij·Jeiunū
dominici diei ⁊ quinte ferie nemo celebrare debet vt int̄ ie
iunium cristianorum ⁊ gentilium et veraciter credencium ⁊
infidelium atq̄z hereticorum vera et non falsa discrecio ha/
beatur hec ibi · Tempore tamen quadragesimali diebꝫ do-
minicis abstinemus a carnibꝫ ⁊ lacticiniis vt ieiunium nīm
conforme sit ieiunio cristi quantum congruit· Secundo

principaliter institutum fuit ieiunium tpale·s·q̃tuor tempo
rum ab ecclesia de q° sic·d·Calist⁹ papa·lxxvi·di·m·c· Jeu
nium ·Qđ ter in anno apud nos celebrare didicisti quemen
ci⁹ nunc p q̃tuor tpa fieri decernim⁹ vt sic̃ ann⁹ p q̃tuor vol
uitur tpa sic nos q̃ termũ sollemne agam⁹ ieunium p qua
tuor anni tpa ·Assignat⁹ vero a doctoribo racio q̃re in istis
q̃tuor temporibo ieiunam⁹ videlicet vt emendemus que in
istis q̃tuor temporibo peccata omisim⁹ Et fiunt per tres di
es vt satisfaciam⁹ in die qđ deliq̃m⁹ in mense Et fiunt i fe=
ria q̃rta q⁹ tunc dñs a iuda tradit⁹ fuit·In sexta q̃a crucifix
us In sabbato q⁹ iacuit in sepulchro et tristes fuer̃t aposto
li de nece dñi· Tercio institutum est ab ecclesia ieunium
pticulare·s·in vigilijs q̃rundam festiuitatum Naz vt scribit
Jo·de leth Mos fuit antiquit⁹ vt in precipuis festiuitatibo
sanctorũ hoies cũ vxoribo et filiabo ad ecclesiaz venirent et
ibi cũ luminaribo pnoctarent Sz q⁹ multa adulteria in hijs
vigilijs fiebant statutũ fuit vt vigilie in ieunia oũterent⁹
Nomen tamen antiquum retentum est q̃a non ieunia sed
vigilie appellantur ·

¶ De laudibo ieunij qđ verbis et exemplis omendatur ab
ommbo sanctis tã veteris q̃ noui testamenti·

¶Capitulum ·iij·

Tercium misterium cõtemplandum de ieunio dicitur
omendacio Nam licet multa sint quibus ieuniuz et
abstinencia omendari posset tamen laudes ei⁹ accí=
piem⁹ a tribus Primo a gentilibus et plis · Secundo a pa
tribus ⁊ ꝑplis Tercio a doctoribus et sanctis Primo ac=
cipimus laudes ieunij ⁊ abstinencie a gentilib⁹ ⁊ plis Ip
si etẽim suo modo abstinenciam mãgnificare studuerunt·
Vnde Valeri⁹ maxim⁹ omendat mulieres romanas qui ab
stinebant a vino Inquit enim·li·ij·Fuit antiquoruz illa sim
plicitas in cibo capiendo humanitatis simul et otinencie in=
dex certissima Nam maximis viris prandere et cenare in ꝑ
patulo non erat verecundie quia nec illas epistolas habe=
bant quas oculis populi subicere erubescerent Vini vsus o
lim romanis feminis ignotus fuit ne·s·in aliquod dedec⁹ ꝑ
laberentur q⁹ prim⁹ a libero pr̃e intemperancie grad⁹ ad i
concessaz venerem esse osueuit Dicearch⁹ vt ait ·Hieroni=
m⁹ otra Jouinianuz in libro antiq̃tatũ laudat aurea secula
Saturni quoniam cum tunc omnia humus funderet nullus

comedebāt carnes ꝫ vniūsi viuebant pomis et herbis que terra spōte gignebat Xenocrates phs de · Triptholomi le/gibꝫ tria tm̄ p̄cepta in templo Eleusine residere scribit Venerandos deos Honorandos parentes Carnibꝫ nō vtendum Tuliꝰ in · q · tus · ꝯmemorat Q̄ lacedemonij magis ꝑ simonia delectantꝫ Huiꝰ rei Xenophō Theophrastꝰ ⁊ pene oēs greci scriptores testes fūt Cherimō historicꝰ vir eloquentissi/mꝰ narrat de vita antiquorū egipti sacerdotū q̄ oībꝫ mūdi curis postpositis sp̄ dum in templo fuerūt et rerum naturas causasq̄ ac rōnes siderum ꝯtemplati fūt nunq̄ se mulieribꝫ miscuerūt nūq̄ ꝯgnatos seu ꝓpinquos ac liberos q̄dez viderūt ex eo tp̄e q̄ cepissent diuino cultui deseruire ⁊ carnibꝫ ⁊ vino sp̄ abstinuerūt Pane raro vescebātꝫ ne onerarēt stomachum et si quando ꝯmedebāt tunsū pariter hisopū sumebant in cibo vt escam grauiorē illiꝰ calore decoquerēt Eubolꝰ q̄ꝫ q̄ historiam Mitridatis multis voluminibꝫ explicauit narrat ap̄ ꝑsas tria esse magorum gn̄a quorum p̄mi q̄ fūt doctissimi et eloquentissimi excepta farina ⁊ olere nichil amplius in cibo sumebant Euripides in · Creta Jouis ꝓphās non solum carnibꝫ ꝫ coctis cibis abstinuisse refert · Barzafrines vir babylonicus in duo genera ap̄ Indos gymnosophistas diuidit quorum vnum appellat Bragmanas alteruz Samaneos q̄ tante ꝯtinencie sunt vt pomis arborum iuxta gangē fluuium alantꝫ De Bragmanis eciaz scribit Didimꝰ in epistola ad Alexandrum Q̄ pura et simplici vita viuunt nullis rerum capiuntur illecebris nichil appetunt ampliꝰ q̄ nature rō flagitat Nulla apd̄ eos mōborū genera nullꝰ medicine vsus quia per simonia est illis medicina Si g̊ tm̄ gentiles homines abstinebant vt mundanam sapienciam acq̄rerent quid nos agere debemus vt in vera sapiencia proficiamus! Audiuimꝰ enim quanti apud illos habita sit abstinencia · Secundo accipimus laudes ieiunij a patribꝫ et ꝓphetis veteris testamenti apud quos non parum celebre est reputatum Vnde · psal · xxxiiij · Dauid ait Humiliabam in ieiunio animam meam Et Joelis · i · Sanctificate ieiunium Et Thobie · xij · Bona est oracio cum ieiunio Et Judith · iiij · dicitur de filijs israhel quando timebant impetum Holofernis Humiliauerunt animas suas in ieiunijs ipsi et mulieres eorum Et de · Judith · viij · c · dicitur Jeiunabat omnibus diebus vite sue preter sabbata et neomenias et festa domus israhel ·

Et·i· Reg·vij·quando filij israhel preliaturi erant cū phili/
steis ieiunauerūt inquit scriptura in die illa et dixerūt Tibi
peccauimꝰ dñe. Tercio accipimꝰ laudes ieiunij et abstinē
cie a doctoribꝫ et sanctis Oēs namqꝫ doctores ecclesie absti
nenciaꝫ ⁊ ieiuniuꝫ miris efferūt laudibꝫ quoruꝫ dicta elegā/
tissima adducentur in sequenti sermone cū dicetur de fructibꝫ
ieiunij Nunc vero tm̄ ꝯtemplari sufficiat sanctorū exempla
q̄ ieiunando et orando carnē suaꝫ crucifixerūt cū viciis ⁊ cōcu
piscenciis Refert Eusebiꝰ in·ij·li·eccl'·historie Q̄ inter sāc
tos egipcios quos euangelista Marcꝰ instituit vinū aut cā
nes nemo gustat tm̄ aq̄ est eis potꝰ et panis cū sale ⁊ isopo
cibꝫ Item Hieronimꝰ ad Eustochiū cū vitā ꝯmendasset ce
nobitarum q̄ apud eos viuitur pane legūibꝫ et oleribꝫ sub
iunxit Ad terciū genꝰ veniaꝫ quos anachoritas vocāt q̄ de
cenobijs exeuntes excepto pane et sale amplius ad deserta
nichil ꝓferūt Huiꝰ vite auctor Paulꝰ illustrator Antonius
et vt ad supiora ꝯscendā p̄nceps Jo·baptista fuit Et idez
scribēs vitaꝫ Pauli p̄mi heremite sic inq̄t de illo Omnē i ora
cionibꝫ in solitudine duxit etatez Cibū et vestimentū ei pal
ma p̄bebat Qd̄ ne cui impossibile videatur Jesū testor et sāc
tos angelos vidisse me monachos e q̄bꝫ vnꝰ per·xxx·annos
pane ordeaceo et aq̄ lutulēta vixit Quid dicemꝰ de abstinē
cia oīm ꝯfessorū xp̄i Ilarionis Agathonis·Amonis Serapio
nis Basilij Bn̄dicti Frācisci oīmqꝫ aliorū: Nullꝰ etenī inuētꝰ
est q̄ in deliciis suiuerit deo·Ideo patet p oīa exemplataꝫ
xp̄ianorū q̄ iudeorū siue eciaꝫ gētiliū q̄ abstinēcia sublimā
da ē et nō spernēda Habemꝰ exempla auium que fame et
abstinēcia amicabiles fiūt hoībꝫ et familiares Ergo scd̄m i=
tencionē spūs·s·sanctā ecclesiā dirigētis disponamꝰ mentez
et animū vt inchoemꝰ hꝰ sacratissimū q̄dragesimale ieiuniuꝫ
q° mediāte obtinebimꝰ h̄ grāꝫ ⁊ in futuro gloriaꝫ quā no=
bis largiatur clemētissimꝰ deꝰ cui est honor ⁊ gloria per infi
nita seculorūm secula Amen·

Feria quarta Cineruꝫ De ieiunio ad qd̄ maxime tali die
ecclesia conuocat et inuitat fideles·

Sermo ·xviij·

Thezaurizate vob̄ thesauros in celo·Verba sunt sal=
uatoris nr̄i originaliter Math̄·vi·⁊ i euāgelio hodi=
erno Ecce aduenerūt dies penitencie ad redimenda
peccata ad saluādas animas Hodie namqꝫ inicium ē sācri

q̃dragesimalis ieiunij de quo cantat ecclesia · Paradisi portas ieiunij temp⁹ nob̃ aperuit idcirco cũ omni sollicitudine et deuocione vigilare debem⁹ ad ieiunia venerãda quoniaz per ipsa acquirim⁹ thesauros regni celoruz Et quoniaz sapientissim⁹ omniuz magister in v̄bis allegatis ĩ themate cõuocat nos vt de futura vita nob̃ prouideam⁹ ideo in hoc sermone fideles xp̃i ad ieiunij reuerẽciaz precipuaz merito inducem⁹ Videbim⁹ autez de ipso ieiunio adhuc tria misteia principalia ·

Primum dicitur ɔdicionis· Secundum obligacionis · Tercium fructificacionis

De cibis a quibꝫ abstinendum ẽ, in ieiunio et de tp̃e siue hora ɔmedẽdi diebus ieiuniorum et q̃re non ẽ determinata q̃ntitas cibi sicut vicissitudo comedẽdi· ¶·Ca· ·i·

PRimum misterium videndum de ieiunio d̃r cõdicio Secundum·n·ecclesie ordinacionẽ triplex ɔdicio ponitur de ieiunio· Prima dicitur q̃litas Secunda tẽporalitas· . Tercia q̃ntitas· Prima ɔdicio dicitur q̃litas q̃r in ieiunio secunduz formaz ecclesie abstinenduz est ab aliq̃bus cibis vtputa carnibꝫ ouis ⁊ lacticiniis Oua vero et lacticinia interdicunt̃ ieiunãtibꝫ in q̃ntuz sũt orta ab aĩalibꝫ cãnes habẽtibꝫ sic̃ patet·di·iiij·c·Deniq̃z Notandũ tñ qd̃ in ieiunio q̃dragesime interdicunt̃ vniũsaliter oĩa sup̃dicta sic̃ notat̃ de·ɔse·di·iij·c·Nõ oportet Pisciũ tñ esus vt sit infirmitatis solaciuz nõ vt luxurie pariat incẽtiuũ ɔcẽdit̃ ·Et licet esset a marinis beluis abstinendũ tñ de ɔsuetudĩe ẽ tolerandũ qm̃ q̃ nimis emũgit elicit sanguĩez vt patet ĩ dicto c·Deniq̃z In aliis vero ieiuniis abstinẽcia a carnibꝫ sp̃ p̃cipitur Ab ouis aũt et lacticiniis nõ n̄ scd̃m ɔsuetudĩez p̃rie Nã dicit Hieronim⁹·lxxvi·di·c·Vtinã Et ex̃ de sepulturis·c·Certificari Vnaqueq̃z patria abũdat in suo sẽsu Concõdat his Ric·in·iiij·et Tho·ij·ij·q·cxlvij·ar·viij·ĩ respõsione ad·iij·ar Sz dubitari p̃t cur ieiuniorũ tp̃e nõ p̃cipitur abstinencia ab vsu vini cũ de illo tot mala dicãt̃ Naz sapiẽs Prou̅·xx·ait Luxuriosa res vinũ Et Eccl'·xxxi·Multos extermĩauit vinũ Et Paul⁹ eph̃·v·Nolite inebriari vino in q° ẽ luxuria ·Et Hieronim⁹ ad Eustochiũ Hoc moneo h̃ obtestor vt sp̃osa xp̃i vinũ fugiat ꝓ veneno Et idẽ ad Furiã O filia si apostolus castigauit corp⁹ suũ et in s̃uitutez redegit quõ tu iuuẽcula adhuc in feruore iuuẽtutis posita dapibꝫ ⁊ vino plena

poteris esse de castitate secura? Idē insup inter ceteras sancte Paule laudes hāc ipe enumerat singularē quia ·s· a vino abstinētissima fuit Inqt ·n·m descripcione eiꝰ vite· Sic refe tām qđ expertꝰ fū Mēse iulio feruentissimis estibꝰ incidit i ardorē febris et post desperacōez cū dei misericordia respirasset et medici suaderēt ob refectionem corporis vino esse opꝰ tenui et puo ne aquam bibēs in hydropē vteretur · E go clam beatū Epiphanium papā rogarē vt eam moneret imo opelleret vinū bibere vt erat prudēs ⁊ solertis ingenij statim sensit insidias ⁊ subritōes mimicū esse qđ ille dicere intimauit Quid plura? Cū beatꝰ pōtifex post multa hortamenta exiisset foras querenti michi quid egisset respondit T̄m ꝓfeci vt semi homini pene persuaserim ne bibat vinū Similit' ad laudē abstinencie multorum sanctorum vita inducitur q̄ vinum non gustauerint Ergo si tā celebris est illa abstinencia videretur q̄ salubriter fuisset preceptuz vt ieiunantes vinum non biberent· Respondet ad hoc · Alex· in iij· summe et ·Ric·di·xv·quarti Q̄ esus carnium magis cōmouet concupiscenciam q̄ vini potus quia cum ad meita cionem concupiscencie concurrant tria·s·abundancia caloris et spirituum et semimis · Ex esu carnium multiplicatur semē quia in eis est multum de nutrimento· Et ideo ex earum esu maxime multiplicatur superfluitas tercie digestionis que semimis est materia · Ex esu ventositatum multiplicatur abundancia grossorum spirituum Ex potu vini abundancia caloris Et abundancia seminis magis est incentiua concupiscēcie q̄ abundancia caloris maxime causati ex potu vini quia illa cito euanescit et calor in semine manet Licet ergo vinū prouocatiuum sit ad libidinem non tamen sicut cānes Ideo ecclesia minuxit abstinenciam a carnibo et non a vino Et si adhuc queratur quare non a vino dicit· Alex·Q̄ hoc factum est propter infirmorum renuicionem quia multi fuissent ob ediencie contemptores cum tolerabilius sit a carnibus q̄ a vino abstinere Eciam sic institutum est propter necessitatē digestionis Multi etenim habent debilem stomachum q̄bo necessarius est vsus vini propter digestionem perficiendam Sed a ꝺdicō ieunij ꝺr tpalitas ſm̄ scōm Tho·ij·q·vbi ꝑ·ar· vij· Jeiunātibo assignat' temp' ome ꝺdi·s·hora none Cū·n ieunijū ordietur ad deletionē ⁊ cohibicōez culpe oportet q̄ aliq̄d addat' sup̄ cōez ꝺsuetudinē ita t̄n q̄ ex ꝺ non multū

naturā grauet⁹ Est aūt debita et omnibus consuetudo hoīb⁹ co
medēdi circa horā sextā tū q⁹ iā videt⁹ esse copleta digestio
nocturno tpe naturali calore interi⁹ reuocato ꝑpt⁹ frig⁹ noc
tis circūstās tū etiā q⁹ tūc natura corporis hūana indiget iu
uari· Vt ꝯ ieunātes aliq̄ afflictōez sentiāt quemlibet eis
taxat⁹ hora nona q̄ quemēs ē misterio passionis xp̄i q̄ cōple
ta fuit hora nona q̄n mediato capite tradidit sp̄m·Hora aūt il
la determinat⁹ secūm grossā estimacōez ·Si vero diceret⁹ q̄
stat⁹ veteris testamēti ē pfectior q̄ noui·Sz i veteri testamē
to ieunabāt a vespa diei p̄cedētis vsq; ad vesperaz diei se/
quētis vt patet·Leui·xxiij·Ergo sic debet fieri in nouo testa
mēto·Rn̄det Tho· Q⁹ stat⁹ veteris testamēti oparat⁹ nocti·
stat⁹ vero noui oparat⁹ diei secūm illud·Ro·xiij·Nox p̄cessit
dies aūt appropinq̄uit·Ideo i veteri testamēto ieunabāt vs
q; ad noctem non autez in nouo ¶Notāduz tamē secūm Alex·
Q⁹ hora nona non est in precepto vel si sit in precepto quia
hz magnaz latitudinez non est determinata·Ideo si q̄nq; p
uenīat⁹ vel ꝓlonget⁹ causa necessaria vel racionabili nō ex
hs ieunās peccat mortaliť Sn̄ q̄nq; religiosi possent ita ma
ne surgere et tm̄ fatigari añ horā sextā q⁹ ex dispensacione
ordis possent anticipare horā nonā De ꝓlongacōe aūt hore
q̄a ex omestione p⁹ horaz nonā nō aufert⁹ pena hz poci⁹ aug
get⁹ et ē magis superogare q̄ a debito deficē Similiter qui
nulla hora omedit nō deficit hz magis supererogat·hs· Alex·
Tercia odicō ieunij dr q̄ntitas Ordiauit·n·ecclesia q⁹ semel
omedat⁹ in die nō aūt pluries et q̄libet vice paz q⁹ nō po
tuit determinare i ieunio q̄ntitatez pōderis cū vn⁹ secūm na
ture sue q̄litatē magis cibo indigeat q̄ ali⁹ Sz bn̄ q̄ntitatez
vicissitudis Excess⁹ aūt i q̄ntitate hz mīuat meritū nō tn̄ sol
uit ieunīū n̄ esset nimi⁹ et īmoderat⁹ vt si aliqs excederet i
q̄ntitate cibi notabiliť multiplicādo ꝑcula omedēdo vasa ci
baria deuotādo vsq; ad fūmū vētris vt dīneat tpus ne af
fligat⁹ Talī mq̄ soluit ieunīū et decipit seipm̄ Sn̄·Aug⁹·i
hmōe d̄ q̄dragesima ait Sūt q̄dā obbuatores q̄dragesime de
licioši poci⁹ q̄ religiosi q̄ vasa i q̄bo cocte fūt carnes tāq̄ i
mūda hōrētes deuitāt ꝛi fua cāne vētris aut gutturis luxu
riam non formidant · Jeiunant autem vt non solitam ieiu-
nando mīuant evacitatem sed vt īmoderate in differendo
augeant auiditatē Artificiosis ac peregrinis condimento-
rum diuersitatibo gulā irritāt tantūq; capiūt manducando

quātuz digerere possūt nō ieiunādo. Et. Jero. ad Furiā ait nō nulli vitaz pudicā appetentes in itinere medio corruūt dū carniuz abstinenciā ieiunium putāt et stomachum legumbꝫ onerant. Omnia tamē intelligēda sūt cuz discrecione quia ut scribit⁹ i. q. v. c. Presenciuz Discrecō mater est omniū v̄tutuz. Q̄ ideo dixerim quia multi indiscretas ieiunioꝝ r̄gulas considerātes qn̄qz nimis ācta ymo eis īpossibilia sumūt ieiunia Pro q̄bꝫ q̄etandis stat sentencia illa Jero. ad rusticū monachum d. Balnearum fomenta nō q̄ras q̄ calorē corpis ieiunioꝝ frigore cupis extinguere que ip̄a moderata sint ne nimia debilitēt stomachuz et refectionez maiorē poscencia erūpāt īcruditatē que parēs libidinū ē. Et idez ad Nepotianū d̄ vita clericorū ait. Tātuz tibi impone ieiūioꝝ q̄ntuz ferre potes Sit pura casta simplicia moderata et non supsticiosa ieiūia Et idē ad demetriadē. v̄. inquit. Neqz vero īmoderata tibi impam⁹ ieiūia et enormē ciboꝝ abstinenciā quibꝫ statim corpora delicata franguntur et ante egrotare incipiūt quā sancte conuersacionis possint iacere fundamenta. Phorum q̄z sentēcia est moderatas esse v̄tutes Et idem ad rusticum monachum ita scribit Sunt qui amore cellularum īmoderatisqz ieiunijs tedio solitudinis ac nimia lectione dum diebus ac noctibꝫ auribꝫ suis personant vertunt⁹ ī melancoliam ut ypocratis magis fomētis q̄ nostris indigeant monitis. Idcirco seruanda est regula. Fulgēcij qui ita scribit ad probum ieiunijs sic est adhibenda temperies ut corp⁹ nostrum neqz saturitas excitet nec media immoderata debilitet. Saturitas facit ut in cassum ieiunemus debilitas vero ne ieiunare possumus hec ille

¶ Q̄ obligantur homines ad ieiunium vel propter preceptum ecclesie vel propter impositam penitenciam vel propter indictionem episcoporum ¶ Capitulum secundum.

Secundum misterium videndum est de ieiunio dicitur obligacio. Obligantur siquidem homines ad ieiunia sub pena peccati maxime propter tria. primo propter ecclesie precepcionem. Secundo propter penitencie ac voti impletionem. Tercio propter episcopalem indictionem. Primo obligantur ad ieiunium propter ecclesie precepcionem quia scilicet ecclesia precepit ut aliqua ieiunia a fidlibꝫ obseruent⁹ quia ut scribitur decimaq̄rta. q. i. c. Quisquis Quisquis preceptis nō obtēperat re⁹ ē et debitor pene. Et paulo īferi⁹. Q̄ p̄cipit⁹ īpatur ⁊ q̄ īpat⁹ necesse ē fieri. Et. di. xij. ca.

Preceptis dr̄ p̄ceptis apostolicis non dura superbia r̄sistatur
s̄ p obediēciaz q̄ a sancta romana ecclesia et apostolica aucto
ritate iussa fūt salutifere īpleant. Et eadē. di. c. Nō dcet. Ca
lixtus papa ait Sic filiꝰ dei vult facere voluntatem p̄ris sic et
vos īplete voluntatez m̄ris vestre que ē ecclesia Ad idem ē c.
Sic omnes. xix di. vbi sic dicit. Sic omnes apostolice sedis sāc
tiores accipiēde fūt tāq̄ ipsiꝰ diuīa voce. Petri formate. Et i
dē habet in. c. In memoriā In c. Eniuero et i. c. Nulli fas. e
adē di. Et hoc colligit ex verbo xp̄i d. Math. xviij. qui eccle
siam non audierit sit tibi sicut ethnicꝰ et publicanꝰ. Sācta g̊
mater ecclesia instituit ieiuma q̄dā sb̄ precepto fidlibꝫ obs/
uanda. Et p̄mo instituit ieiunium q̄dragesimale d quo superi
us diximꝰ Clericis autē q̄buscunqz īiunctum ē ieiuniū a q̄nq̄/
gesima sic patz di iiij. c. Statuimꝰ ⁊ c. Deniqz Sz consilium ē
non p̄ceptū scdm glo. Scdo precipitur ieiuniū q̄tuor tempoꝝ
sic notatur. lxxvi. di. c. ieiunium c. constituimꝰ ⁊ c. de ieiunio
Tercio precipitur ieiuniū in omnibꝫ vigiliis apostoloꝝ phi
lippi et iacobi et io. euange. dumtaxat exceptis ut apparet
extra de obseruacione ieiuniorum c. Consilium. quarto preci
pitur ieiunium in vigilia natiuitatis dñi que si venerit feria
sexta hij qui nec voto nec regula ad abstinenciam carnium a
stricti sunt tali die carnibus vti possunt scdm consuetudinem
ecclesie generalem Non tamē reprehendendi sunt hij qui ab
eis ob deuocionem voluerīt abstinere Extra de obseruacione
ieiunioꝝ c. explicari. quinto precipitur ieiunium in vigi. pē.
lxxvi. di. c. Nosse credo Sexto precipitur ieiuniū in vigilia as
sumpcionis virginis marie. Extra de obseruacione ieiunioꝝ
capitulo primo. Septimo precipitur ieiunium in vigilia Jo/
hannis baptiste et beati. Laurencij. Et hoc de consuetudine
approbata que ligat et tenet ut patet distinctione prima Ca
pitulo consuetudo et distinctione vndecima capitulo ecclesia/
rum et capitulo In hijs. Nam secundum. Astensem in sum/
ma sua. Si in aliqua regione vel diotesi sit aliqd ieiunium
consuetum qd tamen non est preceptum per ius scriptum
nichilominus ab existentibus ibidem ē oseruanduz Ne hꝰ puto
intelligendum pro illis tantum qui in locis ill' domicilium ha
bent sed eciam pro alijs forensibus et peregrinis qui eo
tempore ibi se reperirent. Vnde. Aug. xij. di. ca. Illa aūt ait
Mater mea. Mediolanum me secuta inuenit ecclesiam sab/
bato non ieiunātez cepat fluctuari quid ageret Tunc ego

Ieiunium clericorum

consului de hac re beatissime memorie. Ambrosium epm. At
ille ait. Cū romā veio sabbato ieiuno cū mlī fū ñ ieiuno. Sic et
tu ad q̄ forte ecclesiā veneris eiꝰ morē ꝑua si ñ vis reliq̄re cui
q̄ scādalū nec quēq̄ tibi. Hec cū matri renūciasse libēt āplex
a ē Glo. vero in dicto. c. sup v̄bo veneris d. Viatores tenēt² se
qui ꝯsuetudīem loci ad quē veniūt. Et hꝰ idez colligi videtur
ex. c. Que contra mores. di. viij. in textu ⁊ ī glo. et in. c.
Quisquis xli. di. Octauo precipit² ieiuniū in vigi. sancti. Bar/
tholomei q̄ seruari debz scdm ꝯsuetudinē festi dicto. c. Consili
uz. extra de obseruacione ieiunioꝝ. Ieiunia autē triū dieruz
Rogacionū ante ascensionē domini que ponunt² de ꝯse. di. iij.
c. Rogaciones scdm glo. ibidem sunt de cōsilio non de precep
to nisi vbi esset contrariū de ꝯsuetudine approbata. Similiter
ieiuniuz. Aduētꝰ si est in patria de cōsuetudīe est preceptum
aliter non secudum. Hosti. licet honestum sit q̄ ieiunent cleri
ci et maxime presbiteri. In decretis eciam īuenitur q̄ sit ieiu
nandum feria quarta sexta et sabbato de consecracione distīc
tione. iij. c. Ieiunia et c. Sabbato. Tamen istud consilium
est non preceptum nisi de consuetudine approbata. In diebꝰ
tamen sabbatis a carnibus abstinendum esse. dicit. capitulo
Quia dies de consecracione distinctione quinta. Et hoc vtiq̄z
consilium est nisi adhuc contrarium videretur per consuetu/
dinē. In omnibꝰ vero vigiliis festorū que secunda feria veni=
unt ieiunandum ē ni sabbato ut patet in capitulo. Ex parte.
et dicto c. Consilium. extra de obseruacione ieiunioꝝ. Notan
dum tamen q̄ a precepto ieiunij excusantur et absoluuntur
qui legitimam habent causam siue necessitatem ut non ieiu/
nent. quia ut scribitur in sepe alligato capitulo. Consilium.
necessitas legis non subiacet et in capitulo Remissionem. Ne
cessitas nō habet legē i. q. i. Sz caueat vnusquisq̄z ne decipiat
seip̄z. Qm̄ si q̄s posset ieiunaē pro vno floreno lucrādo posset
eciā ieiūare ut īplēt ecclesie p̄ceptū Possūt tñ aliq̄ racionabi
liter excusari a ieiunio. Et p̄mo excusantur pueri qui scdz tho
mā et Ric. ꝓpt' d̄bilitatē natuē īdigēt freq̄nti cibo ñ multo si
mul sūpto indigēt multo nutrimēto ꝓpt' v̄tutē augmēti Ido
vsq̄z in finez tercij septemnij idest xxi. āni ieiunaē ñ obligā/
t² Et pro hijs est dictū illud Iero. ad lethā. Ante annos ro/
buste etatis periculosa ē teneris abstinencia et grauis. Tamē
ꝯueniēs ē ut añ dictā etatē īducāt² hoīes ad ieiūiuz Tū ꝓpt' ge
nēalē ꝯmōicōz ⁊ miscdie d̄i īpetcōz sic d̄r ioel'. ij. Coadunate

Excusant a ieiunio hi

senes cōgregate puulos et suggētes vbera. Tu eciam ꝓpt̄
viciorū refrenacōez q̄a ut plurimū ⁊ maxime tpibꝰ hijs iuue-
nes sunt lasciui et dissoluti. Ego vero dico et teneo q̄ cōside-
rata malicia que i multis supplet etatez et corruptela detesta-
bili nefandissimorum facinorū que ꝓpetrant̄ tā a masculis q̄
a femīs. Nō tales non soluz inducendi sunt ieiunare ꝑmo stri-
gendi sunt quos valentes onus ferre ieiunij eciam ante xxi. ā-
nū ad illud credo fore obligatos sub virtute precepti. Secun-
do excusantur a p̄cepto ieiunij pauperes q̄ n̄ habent ad ꝯme-
dendū in vna cōmestione sufficienter. Tercō excusantur peg-
nantes q̄ ꝓpter laborem nimiū cōmede ieiunare nō valēt. Nec
obstat si dicatur q̄ preceptum cōsilio non est postponendum.
Cum ergo ieiunare sit in precepto peregrinari vero ad indul-
gēcias est de cōsilio ergo non videtur q̄ ꝓpter peregrinacōez
sint soluenda ieiunia. Quia ut dicūt. Ric. et. Tho. Intēcio dā-
tis p̄cepta de ieiunijs excludē n̄ fuit alias pias et necessarias
causas. Secus tamē ē d̄ p̄ceptis legis natuē. Quāto excusant̄
senes et d̄biles. quīto īfirmi. Sexto mēse mobiliū seruitoēs d̄ q̄-
bꝰ d. Ric. q̄ si ex causa necessaria preueniunt aliquantulum
comedendi horam ex toto vel modicum prehibendo ne seruiē-
do deficiant et hoc faciant iam positis mensis vel modicū ā te
ita q̄ ꝓpter temporis ꝯtinuacōz vna mensa habeat deputari n̄
peccant sic n̄ peccāt q̄ surgūt de mēsa ut pro vino vadāt vl̄
exenia deferant et iterum reuertentes ad mensam continuant.
Septimo excusantur laborantes qui dietim viuunt nec possūt
laborare simul et ieiunare. Octauo excusantur mulieres preg-
nantes et que lactant filios et regulariter omnes quibus le-
gitima adsunt impedimenta. De dispensacione tamen ieiu-
nij secundum. Alexandrum. Notandum est q̄ si euidens cau-
sa sit potest stati hō p se ipꝫ statuti obseruāciā p̄teriē p̄serti
si n̄ possit d̄facili hr̄e r̄cursū ad supiorē. Si aūt causa sit dubia
d̄bꝫ hō ad supiorē r̄currē q̄ auctoitatē habꝫ i talibꝰ dispēsaē.
Scd̄o obligāt̄ hoīes ad ieiuniuz ꝓpt̄ peītēcie vl̄ voti īplecōz qn̄
s. q̄s teneret̄ ieiūaē cū sibi fuisset īiūctū ꝓ peītēcia aut voto
se obligasset. Tercō obligāt̄ hoīes ad ieiuniū ꝓpt̄ cp̄alē īdic-
tiōz qn̄ s. eps i sua diotesi īdicēt aliqd̄ generale ⁊ districtū ie-
iūniū puta ꝓ pace ꝓscreitate aeris ꝓ pluuia postulāda ⁊ hu-
iusmodi tūc oēs eiꝰ cuē sbiecti obediē tenēt̄ vt exp̄sse pōit̄ d̄
cō. di. iij. c. Pronūciādū ⁊ di. v. c. ieiuīa v̄ d̄r leuīa i eccl̄ia a sa-
cerdotibꝰ ꝯstituta sine necessitate racōnabili nō soluāt̄ hec ille

Qd ieiumium fructuosum est vtile ad bona temporalia et bo
na corpalia et ad bona spiritualia ¶ Capitulum tercium

Tercium misterium videdum de ieiumio dicitur fructifi/
cacio Possumus namqz triplicē eius fructum annota/
re· Primus dicitur corporalis· Secundꝰ tempal' Terci
us spūal'· Primꝰ ieiumij fructꝰ dicitur corporal' Ipsi eterni cor
pori prodest tripliciter· Primo refrenando sedo sanando · Ter
cio fortificando Primo ieiumium ꝓdest corpori ipsum refre/
nando· Nā nullus remedium est ita efficax ad repmendum car
nis rebellionē ad spiritum sicut macerare ⁊ affligere illā ⁊ po
tissimum p ieiumiuz· Et qs non indigeat tali medicina qñ om/
nes pungūtur vexantꝫ et agitantꝫ stimul' carnis! Ideo· Pau·
ij·Cor·ix·c·dicebat· Castigo corpꝰ meum et in seruitutem re/
digo· Ex hoc Jeronimus ad rusticum monachum inquit · Vas
electionis in cuius pectore cristꝰ sonabat macerat corpus suū
et subicit seruituti et tamen cernit naturalem carnis ardorem
sue repugnare sentencie ut qd non vult hoc agere cōpellatur
et quasi vim paciens vociferatur et d· Miser ego homo qs me
liberabit de corpore mortis huiꝰ Et tu te arbitraris absqz lap
su et vulnere posse transire nisi omni custodia seruaueris cor
tuum ! Et· Idem in epistola ad Furiam d viduitate seruanda
Apostolus inquit macerat corpus suum et anime subicit impe
rio ne qd aliis precipit ipse non seruet · Et tu adolescentula
feruente cibis corpore de castitate secura es! Quasi dicens non
Et in epistola ad eustochium et ponitur in c· Si paulus· xxxij·
q·v· Si paulus inquit apostolꝰ vas electionis et preparatus in
euangelio xp̄i ob carnis aculeos et nicentiua viciorum repri/
mit corpus suum et in seruitutem subicit ne aliis predicans ip
se reprobꝰ efficiatur et tamen videt aliam legem in membris
suis repugnantem legi mentis sue et captiuantem se in lege
peccati· Si post nuditatem ieiunia famem carceres flagella su
plicia in semet reuersus exclamat · Infelix ergo homo quis
me liberabit de corpore mortis huius tu te putas securam esse
debere! In epistola vrō ad· Saluinam de nebridio et viduita
te idem · Jheronimus sic loquitur· Sicut irasci hominum est et
iram non perficere cristiani sic omnis caro concupiscit quidem
ea que carnis sunt et quibusdam illecebris ad mortiferas ani/
me voluptates trahit · Sed nostrum est voluptatis ardorem
maiore cristi amore restringere et lasciuiens umentum
frenis medie subiugare ut nō libidinem sed cibos querat

ac desideret et sessorem spiritum s. moderato atq; composito portet incessu. Quorsum ista? Et hominē te esse noueris t nisi caueas passionibo humanis subiacere. De eodem cūcti facti sumus luto hisdem compacti exordijs et in serico et pannis eadem libido dominatur. Nec regum purpuras timet nec mendico q; spernit squalorem meliusq; est stomachum te dolere q; mētē iperare corpi q; seruire gressu vacillare q; pudicicia Et in epistola ad demetriadem v. idem. d. Ignita sunt dya/boli iacula que simul vulnerant et inflammant et a rege babilonis tribus pueris preparantur. Sed quomodo ibi quartus speciem habens filij dei intensos mitigat ardores sic in animo virginali rore celesti t ieiuniorum frigore puellaris calor extinguitur ex humano corpori angelorum conuersacio preparatur. Item in epistola ad. Eustochium sic refert. Solicite prouidendum est ut quos saturitas a paradiso expulit esuri/es reducat non qđ deus intestinorum nostrorum delectetur rugitu sed q; aliter pudicicia tuta esse non possit. Propterea et ipse. Jeronimus. in seipso ostendit qđ alijs predicauit eius verba sunt ad eustochium loquentis. Quociens in heremo constitutus et in illa vasta solitudine que exusta solis ardoribo horridum monachis prestat habitaculum putabaz me romanis interesse delicijs. Horrebant sacco membra dēformia t squalida cutis situm ethiopisse carnis obduxerat. quotidie lacrime quotidie gemitus et si quando repugnantem somnus imminens oppressisset nude humo vix ossa herencia collidebam. De cibis vero et potu taceo cum eciam. Languentes monachi aqua frigida vtantur et coctum aliquid accepisse luxuria sit. Ille igitur ego qui ob gehenne metum tali me carceri damnaueram scorpionum tantū socius et ferarum sepe chorus interesm puellarum et in frigido corpore et sicca iam carne premortuo sola libidinum incendia bulliebant. Ita q; quotidie flebam et repugnantem carnem ebdomadarum inedia subiugabam. Memini me clamantem diem crebro iunxisse cum nocte nec prius a pectoris cessasse verberibus q; redderet domino imperante tranquillitas. Ipsam q; cellulam meam quasi cogitacionum mearum conscienciam pertimescebam Et michimet iratus et rigidus solus deserta penetrabam Et ut michi testis est dominus p9 multas lacrimas p9 celo oculos inherentes non nunq; videbar mi interesse agminibo angelorum. Hec. Jeronimus sed quid de alijs ommbus

sāctis dicā: Nōne per abstinēciam afflictionemq; ieiuniorꝝ su/
pauerūt luxuriam: Et ut de alijs taceam dicā tam̄ qđ đ beato
francisco scribit in sua legēda d. Bon. inq̄t enim sic. Attē dens
illud apl̄i verbum. Qui aūt sunt xp̄i carnem suam crucifixer̄t
cū vicijs et concupiscencijs. ut crucis armaturam iugiter suo
ferret in corpe tāta disciplinе rigiditate sēsuales appetit⁹ ar/
cebat ut vix necessaria sumeret sustentacioni nature. Diffici/
le namq; fore dicebat necessitati corpis satisfacere et ꝓnitati
sensuū non pere. Propter qđ cocta cibaria sanitatis tēpe vix
admittebat et raro. Admissa vero aut conficiebat cinere aut
condimenti saporem admixtione aque ut plurimuz reddebat ī
sipidū. De potu vini q̄d dicā cum de aqua duz sitis estuaret ā
dore vix ad sufficienciaz biberit. Patet ergo qđ ꝑ ieiunium cor
pus anime inimicum maxime refrenatur Secundo prodest ie
iunium corpori ipsum sanando. Nam visum est ꝑ experienciaz
q̄ magis prodest sanitati corporis abstinencia moderata q̄ ni
mius et excessiuus ciborꝝ vsus. Quinimo ut plurimum ex gu
la om̄s eg̃tudīes eueīre solēt vñ đ ɔse. di. v. c. ne tales đr Mō
bi saturitate nimia cōcitātur. Et seneca ad lucilluz sic ait. Me
dicina quondū paucaꝝ sciencia fuit herbaꝝ quibꝫ sisteretur
fluens sanguis vulnera coirent paulatim. Deinde ī hanc pueīt
tam multiplicem varietatem. Nec est mirum tunc illam min⁹
negocij habuisse firmis adhuc sollidisq; corporibus et facili
cibo nec per artem voluptatemq; corrupto qui postquam ce/
pit non ad tollendam sed ad irritandam famem quare inuen/
te sunt mille conditure quibus adhibitis excitaretur. Que de
siderantibus alimenta erant onera sunt plenis. Inde pallor et
neruorū vino marcencium tremor et miserabilior ex cruciati/
bus q̄ ex fame macies. Inde īcerti tabēciū pedes et semper q̄si
in ipsa ebrietate titubacio. Inde ⁊ in totam cutem humor ad
missus distentusq; venter dum male assuescit plus capere quā
poterat. Et tandem concludit multos morbos multa fercula
fecisse. Et Jo. os aureum de cons. di. v. in. c. Nichil hoc ipsum
confirmat đ. Abundancia morbū facit et molestias ingerit et
egritudīes generat Jō. Jeronim⁹ ɔtra Jouinianū ait. Egro/
tanti tibi non aliter sanitas restituitur nisi tenui cibo victuq;
castigato que dieta dicitur. Et idem Jheronimus in c. Legim⁹
de cons. di. v. Legimus q̄uosdam morbo articulari et podagre
humoribꝫ laborātes ꝓ scripcōe bonorū ad simplicē mēsā ⁊ pau
pes cibos r̄dactos ɔualuisse Caruer̄t enī solicitudīe dispēsādo

dom⁹ et epistolarum largitate que et corp⁹ frangunt et ani/
mam Tercio prodest ieiunium corpori ipsum fortificādo. Nā
moderata ieiunia ex consequenti corpora magis sana ⁊ magis
robusta reddunt. Et si dicatur hoc non esse verum quoniam ꝑ
ieiunia debilitantur corporis vires secundum illud psal. Genu
a nostra infirmata sunt a ieiunio respondere possum⁹ qd̄ Pau.
dicebat ij. corin. xi. Cum infirmor tunc fortior sum eo ꝙ infir/
mitas et debilitas corporis reddebat eum fortem et promp/
tum ad dei obsequia . Secundus ieiunij fructus dicit⁹ tempo/
ralis. Prodest enim adhuc tripliciter temporaliter. Primo pla
cando. Secundo liberando. Tercio impetrādo Primo prodest
temporaliter placando dum quando iratus propter peccata po
puli temporali flagello eos percutere conminatur sicut patz
Jone li. per totum de. Niniuitis de quibus ita ait. Jheronimus
li. ij. contra iouinianum. Niniue ciuitas magna iram dei ieiuni
orum miseracione retrorsit quam vtiqz. Sodoma atqz gomor/
ra placassent si penitenciam agere lacrimasqz penitencie fun/
dere ieiunio patrocinante deum conciliare voluissent. Missus
siquidem fuit ad niniuitas. Jonas et audierunt illi vocem eius
et timuerunt deum et ieiunantes et orantes iram eius placaue
runt Secundo prodest homini ieiunium temporaliter liberando
s. a periculis et aduersitatibus huius seculi sicut patet d̄ mul
tis qui ieiunantes ob reuerenciam virginis et aliorum sancto
rum liberati sunt a multis periculis celi terre et marium. Ter/
cio prodest ieiunium temporaliter impetrādo scilicet tempora/
lia beneficia ut pluuiam tempore siccitatis sanitatem tempore
infirmitatis serenitatem tempe imbriū pacē tempe guerraruz
et similia Terci⁹ fructus ieiunij dicitur spiritualis. Prodest
enim spūaliter tripliciter Primo clarificādo. Sedo cibādo Ter
cio glorificādo Primo ꝓdest clarificādo. Naz ad ꝑspicacita/
tē et puritatem oraciōis et ꝯtemplacōis miro modo disponit
Nōne lectio oīo p̄dicacō ieiunio stomacho meli⁹ capiunt⁹ ⁊ ex
ercēt⁹. Hic. Jheronim⁹ ꝯtra. Jouinianū ait Daniel atqz tres
pueri īterp̄tacōez sōniorz ieiūia r̄uelāt pastiqz legūibꝫ prudē
ciōes ⁊ pulchriōes īueniūt⁹ h̄ ille Johī euāgeliste ī īsula path
mos ieiunāti r̄uelata sūt secreta celestia Apli ieiunātes s. s. lu
mīe sūt illustrati Actu. ij. sedo ꝓdest ieiuniū spūalit̄ cibādo. Cū
enī mēs fuerit illūiata ⁊ diuīe ꝯtēplacōi ītēta ex ꝯseqnti d̄lecta
cōe spūali īebriat⁹. Tercō ꝓdest ieiuniū spūalit̄ gloīficādo qr
ꝑ illd̄ ītroducim⁹ in beatā vitā sic̄ helyas post ieiuniū rapt⁹ ē

in celum iij. Regum ij. In huius autem misteriuz post ieiuniuz quadragesimale statim resurrectiōis celebrat⁹ gloria. Ergo animo feruenti vnusquisqz secundum facultatem suam hodie ieiunium incipiat vt sic in fine adipiscatur et nam gloriam amen

¶ Feria quinta post diem cinerum. De vsu et laudibꝫ sanctissime oracionis contra eos qui debent non esse orandum neqz pro bonis acqrendis neqz ꝓ malis euitandis ¶ Sermo xix

dicunt

Accessit ad eum. Centurio rogans eum. Notantur hec verba. Math. viij. c. et in euangelio hodi. Promptissim⁹ deus semper est ad liberaliter exhibendum nobis beneficia sua que ideo sepe non accipimus quia negligentes sumus ad fiducialiter postulandum. Nam qui petit accipit et qui querit inuenit et pulsanti aperietur vt dicitur. Luce. xi Et vtiqz satis clarum est in historia sancti euangelij die hodierna recitati in qua conmemoratur sanitatis donum a xp̄o collatum puero. Centurionis paralitico et male habenti. Ad vtiqz xp̄us fecit commot⁹ fidelibus precibus Centurionis humiliter eū deprecantis. Quoniam autem apud aliquos incredulos et indeuotos oracionis vsus vilis et inutilis reputatur idcirco in presenti sermone de cōmendacione et laudibus oracionis erimus tractaturi ut sic omnis vere penitens audeat cū Cēturione clare securi⁹ ad dominū ihesum xp̄um Notabimus ergo tria per que principaliter ostendemus vsum oracionis commendabilem esse et in hac vita omnibꝫ conuenire

Confutacio d̄bilium racionum quas plerique adducere solēt ad ostendendum ꝙ sit superfluum orare Primum dicitur contrariorum debilitas Secundum dicit⁹ sanctorum dignitas Tercium dicitur omnium indigencia ¶ Capitulum primum.

Primum quo ostenditur commendabilis vsus oracionis dicitur contrariorum debilitas Nam qui dicunt non esse orandum neqz pro bonis acquirendis neqz pro malis amouendis assumunt ad defensionem erroris sui triplicem racionem videlicet. Prima est diuine prouidencie. Secunda diuine ꝑmanencie. Tercia diuine clemencie Prima racio est diuine ꝓuidencie. Dicunt enim ꝙ facta nostra et ista omnia inferiora non reguntur a prouidencia dei ⁊ ex consequenti prospera ⁊ aduersa bona et mala ab ipso non peruenire Si autem interrogentur a quo ergo ista gubernantur. Aliq̄ rn̄debūt ꝙ a fato. Aliq̄ ꝙ a fortūa Aliq̄ ꝙ a nulla ꝓiudēcia ꝫ veniūt sic Primi dicūt ꝙ om̄ia ista q̄ in hꝰ mūdo fiūt ⁊ q̄ hominibꝫ accidūt veniūt a fato

noīe fati intelligēdo influēciā celi et planetaꝝ scdz quā asserīt
oīa regulari. Et huius opinionis fuit. Ouidi⁹ qui ī libro de tri
stibꝫ dixit. Racio fatuz vincere nulla valet. Idē ꝯfirmauit. Se
neca in tragediis. d. Regit² fatis mortale genus. Et de ꝯsolaci
one ad Paulinū. d. Mutare fata nō possum⁹. stāt dura et inex
orabilia. Et lucan⁹ libro. vi. īquit. Preceps agit oīa fatū. Nec
medij dirimunt morbi vitamqz necēqz. Et luuenal' libro iij sa/
tyra. i. Seruis regna dabūt captiuis fata triumphos. Et tuli⁹.
libro. i. de diuinacōne. Fato omnia fiunt. Et qn̄tilianus in decla
racionibꝫ. Fato viuim⁹ languemus conualescim⁹ morim². Me/
dicina quid prestat n̄ vt vita nemo desperet. Inde ē ꝙ quidā
astrologi ingerunt se ad iudicandū de futuris euētibꝫ hominuz
de vita et moribꝫ regum de pace et guerris ꝓpl'orum de diui-
ciis et pauptate de fecunditate et sterilitate vxorum de honori
bꝫ et dignitatibus acquirendis et similibꝫ quasi ista omnia de
pendenciā habeant sicut a causa necessaria ab influencia plane
tarum et celestium corporum Et ex hoc versum est in prouerbi
um int' vulgares. Qd non iuuat orare deū cum iam diffinitū sit
ꝙ vnusqnisqz aut boni habere aut mali pati habeat. Contra
quos. Augustinus libro v. de. ci. dei. c. i. sic ait. Prorsus diui/
na prouidencia regna constituuntur humana que si propterea
quisq̄z fato tribuit ꝙ ipsam dei voluntatem vel potestatem fati
nomine appellat sentenciam teneat linguam corrigat. Cur nō
hic primum dicit qd dicturus est cum ab illo quisq̄z q̄sierit q̄d
dixerit fatū. Nam id homines quando audiunt vsitata loquēdi
consuetudine non intelligunt nisi vim posicionis siderum qual'
est quando quis nascitur siue concipitur qd aliqui a dei volun-
tate alienant. Aliqui eciam ex illa hec pendere confirmant. Sz
illi qui sine dei voluntate decernere opinantur sidera q̄lis quisqz
sit id bonoꝝ habeamus maloꝝ ve paciamur ab auribꝫ omniū
repellendi sunt non solum eoꝝ que veram religionē tenent sed
qui deorum qualiūcunqz volunt esse cultores Hec enim opinio
quid agit aliud nisi ut nullus omnino colat² aut rogetur de⁹
Et paulo inferi⁹ subdit. Quale deinde iudicium de hominū fac
tis deo relinquit² quibꝫ celestis necessitas adhibetur cum dn̄s
ille sit et siderum et hoīz. nec ille. Si quis vero obiceret ꝙ astro
logi ꝑsepe vera debēt audiat. Aug⁹. p̄fati li. c. vii. dicētē. Nō ī
merito credit² dū astrologi muta vera rn̄dent oculto instinctu fi
eri spirituum non bonorum quorum cura est falsas et noxas opi
niones d̄ astralibꝫ fati inserere humanis mentibꝫ atqz firmare

Ideo friuola est mathematicorū sētencia que nos nr̄osq; succel
sus astris subdere moliunt. Scdi asserūt oīa ista inferiora mo/
ueri ad imperium fortune et disponi. vnd. Plutarchꝰ li. de re/
medio ire d. ⁊ inducit. Suripidē sic loquentē. Deꝰ magna regit
pua vero in fortune māibꝫ dreliquit. Hanc fortunā rudes hoīes
et ydolatrie gētiles deā quandā esse putauerūt. vñ. Lactañ. li.
iij. Crediderūt inq̄t populi fortunā quādaz deā esse res huma/
nas varijs causibꝫ illudentē qr nesciebāt vnde sibi aut bona aut
mala venirent. Hos tamē sic opinantes Augꝰ. li. iiij de ci dei ca
xviij. sic deridet. Fortuna dea putat. et colit. Certe oīs deos
vtriusq; sexus et si sexuz habent nō nisi bonos estimaē debemꝰ
Hoc plato dicit hoc alij philosophi hoc excellentes reipublice
populorūq; rectoēs Quomodo ergo dea fortuna aliqñ bona est
aliqñ mala. An forte qñ mala est dea nō est ꝫ in malignū demo
nez repente ouertit. Sz aristo. li. ij. phy. d. fortunam esse causā
per accidens in agentibꝫ secundū ꝓpositum. Et tunc ut d. Tho
m ij. summe contra gentiles. ⁊ d. Boñ. d. xxxvij. scdi libri. Licz
aliq̄d sit causale vel fortuitu respectu agēti pticulari utpote pti
cularis natuē et intellectus creati nichil tam̄ ē causale aut for
tuitum respectu prouidencie dei a qua omnia preuisa sunt et p̄
ordinata. Tercij contendunt prouidenciam dei nullam esse cir/
ca ista inferiora et hominum facta sed omnia currere sic sine vl
la prouidencia regulante. Qui error perniciosissimus est et dā
natur. Tum racione. Tum auctoritate. Et licet multe raciones
ad hoc possent induci tamen dicam eam quam. Thomas ponit
in iij. contra gentiles ca. lxiij. Ait enim sic impossibile est ꝙ ali/
qua non cognoscencia finem operentur propter finem et ordi/
nate prouenant in ipsuz nisi sint mota ab aliquo habente finis
cognicionem. Sed omnia corpora naturalia mouentur et operā
tur propter finem licet illum non cognoscant Ergo oportet ꝙ
tota operacio nature ab aliqua cognitione ordinetur. Pretere
a omnia que sunt natura distincta in vnum ordinem non conue
niūt ñ ab vno ordinante colligāt. in vnuz in vniūsitate aūt re/
rū sunt res distinctas et contrarias naturas habētes que tamen
in vnum ordinem conueniunt. Ergo oportet ꝙ vnus sit vniuer
sorum ordinator et gubernator. Sunt ad hoc eciam scriptu/
re sacre auctoritates. Ait enim sapiens. Sapiencie. xiiij. ca. Tu
autē sapiencia tua gubernas omnia. Et. Ecclesiast. v Ne dicas
corā angelo tuo non est prouidēcia. Et. Math. vi. reprehēdens
cristus immoderataz sollicitudinem eorum q̄ diffidūt gubnari

posse a deo ostendit qualiter ipse prouidencia sua decorat terram floribꝰ pascitq3 aues et volucres celi. Ideo. Lact. li. i. diui institu. contra dei prouidenciam negantes sic pulcre loquitur. Suscepto igit' illustrande veritatis officio non putaui ad'o necessarium ab illa questione inicium sumere que videtur prima esse natura sit ne prouidencia que rebꝰ omnibꝰ consulat an fortuitu vel facta sint omnia vel gerant'. Cuius sentencie auctor ē. Democrit⁹ confirmator. Epicurus quos tamē ceteri philosophi ac maxime stoyci acerrime retulerūt docentes nec fieri mundū nec constare nisi summa racione potuisse. Sz ⁊. M. Tullius quāuis ac hademice discipline defensor esset de prouidencia gubernatrice rerum et multa ⁊ sepe disseruit qd̄ facit tum in omnibꝰ philosophie sue libris tum maxime in hijs que sunt d̄ natura d̄orum. Nec difficile sane fuit paucoꝝ hominum praua sencien/cium redarguere mendacia ceteris philosophis in hac vna re non dissidentibꝰ. Nemo enim est eciam taz rudis tam ferus moribus que oculos suos in celum tollens tam et si nesciat cui⁹ ꝓuidencia dei regat' hoc omne qd̄ cernitur nisi aliqua tamen esse intelligat ex ipsarū motu magnitudine pulchritudine vtilitate temperacione nec fieri posse quin illud qd̄ mirabili racione constat consilio aliquo maiore sit instructum hec ille. Dicim⁹ g̊ et catholice tenemus ꝙ omnia regunt' secundū prouidenciam dei que bona vel mala hominibꝰ iuste distribuit scd̄m ꝙ iudicat melius conuenire Secunda racio quare dicunt aliqui non esse orandum est diuine permanencie. Dicunt enim ꝙ licet omnia fiant secundum diuinam prouidenciam cum ipa nichil aliud sit q̄ ipe deus et deus sit īmutabilis scd̄m illud Numeri xxiij. Nō ē d̄us quasi homo ut menciat' neq3 ut fili⁹ hominis ut mutet'. Et. Malachie. iij. Ego dominus et non mutor. Et. Jacobi. i. Apud quem non est transmutacio. Et. Augustinus in li. de natura boni. Solus deus immutabilis est. Ergo si disposuit benefacē hominibꝰ indigentibus absq3 oracione illoꝝ illud implebit Et si deliberauit mala aliq̄ īptiri non ꝓpt' orōnes cessabit. Sed contr̄ istos est auctoritas. Jheremi. xviij. vbi deus sic loquitur. Repēte loquor aduersum gentem et aduersuz r̄gnuz vt eradicem et destruaz et disperdaz illud. Si penitenciaz egerit gēs illa a malo suo qd̄ locut⁹ sū aduersū eam agā ⁊ ego penitēciam semper malo qd̄ cogitaui ut facerem ei Et subito loquor de gente ⁊ d̄ regno vt edificem et plantem illud. Et iterū ezechielis. xxxiij deus d. Si dixero iusto ꝙ vita iuuat et confisus in iusticia sua

fecerit iniquitatē omēs iusticie eius obliuioni tradent⁹ et īmiq̄
tate sua quā operat⁹ ē moriet⁹ Si aūt dixero impio morte mo
rieris et egerit penitēciaz a peccato suo vita iuuet et nō mori
et⁹. Et hoc est qd dicit⁹ xxij. q. iiij. c. Vnusquisqz ipse dn̄s freq̄n
ter suaz mutat sentenciam. Et in c. inconmutabilis. idē habet⁹
Et de pe. di. i. c. Nouit. Nouit deus mutare sentenciaz si tu no/
ueris emendaē delictuz. Ex q̄bꝫ verb̄ patet q̄ scd̄m q̄ nos mē
tem nr̄am et voluntaria opera siue in bonum siue in malum diri
gimus ita ipse sentenciam suaz aut reuocat et īmutat aut exe
quit⁹ sine sui īmutacione. Nā ut di. Ari. viij. phy. et xi. metha.
De⁹ est mouēs om̄ia īmobilis. Et boe. Stabilisqz manens das
cūcta moueri. Ido dicit. d. Bon. di. viij. i. li. Qd diuīa essēcia ē
īmutabilis. Nam non mutatur loco quia vbiqz est nō tpe qr
eternitas simul est non forma quia pure actus est. Vnde muta
cionem scd̄m formam tollit simplicitas scd̄m tempus tollit et'
nitas. scd̄m locum tollit immensitas. Et ideo in deo est summa
stabilitas et inde omnis motus causalitas. Sine sui itaqz muta
cione produxit deus in tempe munduz. sine sui mutaciōe carnē
nostram assūpsit. Sine sui eciam mutacione petentibꝫ et oranti
bꝫ sua dona largit⁹. Nam ut inquit Tho. ij. ij. q. lxxxiij. articu.
scdo. Ex diuina prouidencia non soluz disponitur q̄ effect⁹ fi/
ant sed eciam ex quibꝫ causis et quo ordine prouenant. Inter
alias etenim causas sunt eciam quorūdam effectuum cause ac/
tus humani. Vnde oportet homīes agere aliq̄ nō ut p suos ac
tus diuinam disposicionez īmutent sed ut per act⁹ suos imple
ant quosdam effectus secundum ordinem a deo dispositum Et
idem eciaz est in naturalibꝫ causis Nam neqz qui plantat est a
liquid neqz qui rigat sed qui incrementū dat de⁹. ut dicitur ī
c. Cum non sit in homīe. Extra de d̄cimis. Et tamen si homo nō
plantat aut non seminat deus non dat incrementuz. Simile ē
de oracione. Non enim propter hoc oramus vt diuinam dispo/
sicionem īmmutemus sed ut illud impetremus qd deus dispo /
fuit mediātibꝫ orōnibꝫ nob̄ donare ut. gre. d. i. dial'. li. Ter
cia racō quaz assumūt negantes et dāmantes orōnis vsum est
diuine clemencie. Deus inquiunt clementissimus est et libera/
lissim⁹ ideo cū noscat om̄ia q̄bꝫ īdigem⁹ nō op⁹ ē orōnibꝫ ab
illo ea petere. Quia ut inq̄t. Seneca. Nulla res cari⁹ emit⁹ q̄ q̄
precibꝫ empta est. Ideo sūme liberalitati ei⁹ n̄ ꝯueīt bn̄ficia pre
stare rogat⁹. Ad hoc rn̄det aug. ad ꝓbā d̄ orādo deuz. Qd deus
multa nob̄ ex sua liberalitate prestat non petita. Sed q̄ aliqua

vult prestarē nob̄ petētibꝫ hꝰ est ꝓpter nostraz vtilitatē ut s.
fiduciaz quandam accipiamꝰ recurrendi ad deum et ut recog
noscamꝰ eū eē bonoꝝ nr̄oꝝ actorē Et sic interimuntꝰ om̄es ob
iectōes supradicte quibꝫ oronis vsus īpugnabatꝰ quia debiles
sunt et nullius roboris aut momenti

Qd̄ vsus or̄onis ꝯmendatur auctoritate et exēplo sanctorū
veteris et noui testamēti et p̄cipue dn̄i nr̄i ihu xp̄i Ca. ij.

Secundū quo ꝯmendabilis oracōis vsus dicitꝰ est sanc/
toꝝ dignitas. Omnes etenim sancti verbo piter et exē
plo orare nos docuerunt vnde. Dauid in psal. xxxi. ora
cionē ꝯmendās ait. Subitus esto dn̄o et ora eum Et psalm. v.
Quoniam ad te orabo dn̄e mane exaudies vocē meam. Et psal
xxxiij. Exquisiui dn̄m et exaudiuit me ex omnibꝫ tribulacōibꝫ
meis eripuit me. Et sapiens. Ecclesi. xxxv. Oracio humiliantis
se nubes penetrat. Et thobie. xij. Bona est oracio cum ieiunio.
Et. Ihere. xxxiij. Clama ad me et ego exaudiam te d. dn̄s. Et.
i. Petri. iij. Omnes vnanimes in or̄one estote. Et Jacobi. v. O
rate pro īuicem ut saluemini et doctor gētiū. Pau. ro. xij. Spe
gaudētes in tribulacōe pacientes or̄oni īstātes ⁊ i. Cor. vij va
cetis oracioni. et. phi. iiij. Nichil soliciti sitis ꝫ ī omni or̄one et
obsecracōe cū graciarū actione peticiones vestre innotescant
apud deum. et. Col. iiij. Oracioni instate vigilantes in ea. et. i.
Thi. ij. Volo viros orare in omni loco leuantes puras manꝰ et
i. Thessa. ultimo. Sine intermissione orate ⁊. xp̄us in euangeli.
Lu. xi. Petite et accipietis. q. et in. p. et apd̄ vob̄. ⁊. Luce xviij
Oportet semper orare ⁊ non deficere ⁊ Luc. xxij. ⁊ Math̄ xxvi
Vigilate et orate ne intretis in temptacionem et Math̄ xxiiij
Orate ne fiat fuga vr̄a hyeme vel sabbato et Marci. xiij. Vide
te vigilate et orate. Et qd̄ docuerunt sancti verbis opere con/
pleuerūt atqꝫ orando amplissima dei munera impetrauer̄t. Vn̄
Gen. xxv. Isaac deprecatus ē deū ꝓ vxore sua. Rebecca eo ꝙ
esset sterilis q̄ exaudiuit eum et dedit Rebecce conceptum et
exodi. viij. ix. et. x capitulo Orauit Moyses pro amocione pla
garum ab egipto et exauditus est licet illi mali essent. et Exo
xvij In bello qd̄ habuerunt filij israhel ꝯtra amalechitas plus
fecit moyses orando q̄ iosue pugnando et exo. xxxij. post ado/
racionem vituli quando videbatur dominus velle delere popu/
lum. Moyses per oracionis instanciam obtinuit veniam et Nu
meri. xi. Per oracionem moysi absortus est ignis qui deuora
bat castra murmurancium. Et numeri xij per oracionem moysi

Efficacia oronis Moysi

curata est maria a lepra. Et numeri xxi. Per oracionem eciam
moysi liberatus est populus a serpentibus et. i. Reg. i. Anna q̄
sterilis erat orauit dn̄z ⁊ ꝯcepit et peperit filiū ⁊ vocauit no/
mē ei⁹ samuel eo ꝙ a dn̄o postulasset eū Et i. Regū vij. Orāte
samuele filij israhel ꝺbellarūt philisteos Et thobie vi. Rapha
el. Angel⁹ monuit thobiā iuniorē ne demones haberēt potest
atē ī eū ut oraret Et iudith iiij. Tpe ꝑsecucōis holofernis filij
israhel orabant deū ut visitaret populū suum et Judith. xiij.
Armis oracionis munita illa mulier uidua caput amputauit.
Holoferni et ysa. xxxviij. Orantem cum lacrimis. ezechiaz ex/
audiuit de⁹ et addidit diebꝫ ei⁹ ānos xv ⁊ Da. xiij. Susāna ꝑ o
racionem liberata est a crimīatione falsa et dānacōe mortis Et
Jone ij. De ventre piscis per oracionem ad litus maris adduc
tus est ionas et. i. Machabeorum xi. Videns Jonathas ꝙ om/
nes exceptis paucis dereliquerunt eum pugnantem contra a/
lienigenas scidit vestimenta sua et rogauit dn̄m et postea mi/
sericordiā obtinuit et victoriam. et secūdo. Machabeorum. iij
Onias summ⁹ pontifex orauit ꝓ heliodoro diuina virtute gra
uit flagellato eo ꝙ voluerat errariū expoliaē De⁹ aūt illi vitā
donauit. Quid referam de oracionibus apostolorū aliorumqꝫ
sanctorum qui orando tot mira fecerunt. Sed omnibus dimis/
sis breuitatis causa ad xp̄um est deueniēdum. De ipso siquidē
dicitur. Math. i. Abijt in desertuz locum ibiqꝫ orabat. Et. Lu
vi. Erat pernoctans in orōne dei. Et. Lu. x. Facta est dum ora/
ret species eius altera. Et Luc. xxiij. Et. Math. xxvi. Legitur
ad patrem orasse et ad heb. v. ꝺ ipso dicit². Cum clamore va/
lido et lacrimis exauditus est pro sua reuerencia. Sed circa hoc
nonnulli dubitant. cur xp̄us orauit cum aug⁹. dicat libro ꝺ cō
reptione et gracia. Nemo querit ab alio qꝺ per se potest. Sed
cristus omnia poterat per se ergo nichil debebat ab alio pete
re nec orare. Ad hoc respondet d. Bon. di. xvij tercij libri. Qꝺ
decens fuit et conueniens orare xp̄um propter tria. Primo ꝓp
ter meritum. Secundo propter exemplum. Tercio propter ar
gumentū. Primo propter meritum quia sua petiēōe et postu/
lacōe merebatur nobis qui minus ydonei eramus ad suscepcio/
nem beneficiorum dei. Secundo orauit propter exemplum scili
cet ut in se ipso inuitaret nos ad oracionis studium in cuius
exercicio maxime superatur aduersarius. Tercio orauit propt̄
argumentum ut ostenderet se esse verum hominem et vere a
deo missum. Petere ergo et orare cōpetit xp̄o secundū naturā

Nō ad passionē

assumptā et sic soluitur qd̄ dicebatur in contrarium. Conclu/
denda est ergo hec secūda pars p̄ncipalis nr̄i sermonis in qua
ꝓbatuz est per exempla et auctoritates sanctoꝝ ꝙ oracionis
exercicium apprime est cōmendabile

¶ Qd̄ omnes indigent auxilio dei ad acquirendam beatitudi/
nē ad uitāda picula ⁊ ad tpalia bona īpetrāda ¶ Ca. terciū

Tercium quo ostendemus ad oroem omnes obligari d̄be
re dicitur indigencia. Omnes etenim cuiuscūqz status
gradus et condicionis existant egent a deo adiuuari
maxime quātum ad tria. Primo quantū ad beatitudinē acqui
rendam. Scd̄o quantū ad pericula vitanda. Tercio quantū ad
temporalia bona impetranda Primo indigent omnes a deo
adiuuari q̄utū ad beatitudinē acq̄rēdā eo ꝙ nullꝰ illā viribꝰ
proprijs aut virtute valet adipisci Ideo vnusquisqz oraē de
bet cum. Petro. d. Domine salua nos. quia ut īquit psal. Gra
ciam et gloriam dabit dominus Secundo indigent omnes a
deo adiuuari propter pericula euitanda q̄uibꝰ fragilis nostra
condicio subiecta ē. Et d̄ hijs sic eliganter loquitur. Augusti.
xxij. li. de ci. dei. c. xxij. Sed preter pueriles penas sine quibꝰ di
sci non potest ꝙ maiores volunt q̄ vix aliquid vtiliter volunt
quot et quantis penis genus agitetur humanū que non ad ma
liciam nequiciamqz iniquorum sed ad cognicionem pertinent
miseriamqz cōmunem quis vllo sermōe digerit? Quis vlla co
gitatiōe conprehendit? Quantus est metus quanta calamitas
ab orbitatibus atqz luctu a damnis et a damnacionibus et de
cepcionibus et mendacijs hominum a suspicionibus falsis ab
omnibus violencijs facinoribus et sceleribus alienis quando/
quidem ab eis et damnacio et captiuitas et vincula et carce/
res et exilia et cruciatus et amputacio membrorum et priuaci
o sensuum et oppressio corporis ad obscenam libidinem oppri
mentis explendam et alia multa horrenda sepe contingunt?
Quid ab innumeris casibus qui forinsecus corpori formidantꝰ
estibus et frigoribus tempestatibꝰ imbribus illuuionibus co
ruscacione tonitruum grandine fulmine motibus hyatibusqz
terrarum oppressionibus ruinarum ab offensionibus et pauoē
vel eciam malicia iumētorum a tot venenis fructuum aquarū
aurarum bestiarumqz ac ferarum non tantum modo molestis
sed eciam mortiferis morsibꝰ arabie que contingit a rabido ca
ne ut eciam a blanda et amica suo domino bestia nonnunquaz
vehemēciꝰ ⁊ amarius q̄ leones draconesqz metuatꝰ faciatqz

hoīez quē ɔtamīauerit ɔtagiōe pestifera ita rabiosū ut a parē
tibꝫ filijs ⁊ ɔiuge peiꝰ omī bestia formidꝫ: q̄ mala patiūtꝫ na
uigātes: Que t̄ rena itinera gra diētes: Quis ābulat vbicūqꝫ n̄
inopinatis subiacens casibꝫ: De foro quidam domum rediens
sanis pedibꝫ suis cecidit pedem fregit et ex illo vulnere fini/
uit hanc vitam Quid videtur sedente securiꝰ: De sella in qua
sedebat. Helij sacerdos cecidit et mortuus est Agricole ymo
vero omnes homines quot et quantos a celo et terra vel a pi
culosis animalibꝫ casus metuunt agrorum fructibꝫ: Solēt ta
men de frumentis tandem collectis et reconditis esse securi Sꝫ
quibusdam qđ nouimus prouentum optimum frumentorum
fluuiꝰ in prouisus fugientibꝫ hominibꝫ de horeis eiecit atqꝫ
abstulit. Contra millefomes demonum incursus quis in inno
cencia sua fidit: Quandoquidem eciam peruulos baptizatos
quibꝫ certe nichil est innocenciꝰ aliquando sic vexant ut in
eis maxime deo ista sinente monstretur huius vite flenda ca
lamitas et alteriꝰ desiderando felicitas. Jam vero de ipso cor
pore tot exeunt morborum mala ut nec libris medicorū cūc
ta cōprehensa sint in quorum pluribus ac pene omnibꝫ et ad
iumenta ipsa et medicamenta tormenta sunt ut homines a pe
narum exitio penali eruantꝫ auxilio. Et licet in prefata aucto
ritate multa dixerit. Auguꝰ propter que nullus viuere secu/
rus debet nisi qui confidit in deo. Nos tamen diebꝫ nostris tā
ta vidimꝰ euenisse q̄ merito fatuus reputari posset qui per o
raciones ad domini auxilium non confugit. Tempore namqꝫ
iubilei. Anno domini. M.cccc.l. regnante Nicolao quīto pō/
tifice maximo hora xxiij. cum ingens multitudo populi euntis
et redeuntis congregata esset apud pontem sub castro sancti
angeli a deo intra se existentes ibi compressi sunt ut illis ex/
ceptis qui in flumine cadentes submersi sunt ducentorum et
septem hominum suffocatorum in ponte predicto corpora sūt
inuenta. Tempore. Alfonsi regis. Arragonie ⁊ vtriusqꝫ. Sici
lie ex nocturno et repentino terremotu in ciuitate Neapolita
na aliisqꝫ ciuitatibꝫ regni et terris ruentibꝫ ex inprouiso do/
mibꝫ et hedeficijs multa milia hominum perire. Anno domini
M.cccc.lxv. in dominica de passione in ciuitate. Venecis. Pe/
tri morem ī lacunis illis nauicule plurime submerse sūt mul/
tisqꝫ vtriusqꝫ sexus pariter naufragium passis. Noui et ego
episcopum. Brixieñ. qui morsu caniculi sui quem in camera đ
tinebat post xl. dies in rabiem versus extinctus est. Noui ego

non vnum sed plures quos fulgur de celo veniens ex improui
so vita priuauit. Vidi tot et tanta picula q̄ si illa enumerare
vellem longissima profecto temporum spacia occuparem O
vita labilis. O vita innumerabilibꝫ periculis circūdata. O vi
ta misera et laboriosa in qua nullus securus esse potest. Non
ꝓpter diuicias non propter celsitudinem gradꝰ non propter
amicorum copiam non propter acutam prudenciam ideo hoc
vnum nobis debet esse singulare refugium ut orantes recur
ramꝰ ad deum Tercio indigent homines a deo adiuuari q̄n
tum ad bona temporalia impetranda que et si tanquam princi
palia petenda non sint ut. Augꝰ inquit ad probam postulari
tamen possunt tanquam quedam adminicula quibꝫ adiuua/
mꝰ ad tendendum ad beatitudinem in quantum scz p ea vita
corporalis sustentatur et in quantum nobis organice deserui
unt ad actus virtutum ut eciam philosophus d. in .i. ethico
rum. Centurio etenim orauit pro sanitate pueri et exauditꝰ
est. Accedamus ergo et nos cum ipso orantes deum omnipo
tentem et oracionibꝫ insistentes ut dignetur nob̄ salutem ani
me deinde si ei placuerit et corporis impertiri concedens hic
graciam suam et in futuro gloriam Amen

¶ Feria sexta post diem cinerum de condicionibꝫ que requirū
tur in oracionibꝫ ut debito modo fiant ¶ Sermo xx.

Orate verba sunt dn̄i nostri ihesu cristi in euangelio ho
dierno. Math. v. c. Puto multos ex hijs qui audierūt
considerauerunt q̄z diligenter ea que diximus ī sermo
ne precedenti iā deliberasse decetero feruēciꝰ solito orōni va/
care. Sed scire vellent qualiter orandum est ut oracio ipsoꝝ
non sit inanis et infructuosa. Ea propter hodierna die demonstrando
oracionis aliqua et quidem necessaria declarare curabo. Naz
audimus cristum saluatorem in verbis in themate allegatis
ad oracionem nos exhortantem. Vt ergo voci eius promptic ē
animo vnusquisq̄z pareat et obediat triplicem modum in o
racione obseruandum ostendemus.

¶ Primꝰ modꝰ dr̄ exp̄ssiōis Qualit̄ in orōne necessaria est
Scd̄us modꝰ dicit̄ attēcōis vocalis exp̄ssio ut ī pluribꝫ ꝛ
Terciꝰ modꝰ dr̄ ōdīacōis q̄re n̄ sufficit orae tm̄ mētalit̄

Primus modus qui seruandus est in ora ¶ Ca. p̄mum.
cione dicitur expressionis quia debet orans exprimere
voce qd̄ gerit in corde scd̄m illud psalmista voce mea
ad dominum voce mea ad dn̄m deprecatus sum. Effundo in

conſpectu eius ōracionē meam et tribulacionem meam ātē ip
ſum pronuncio · Et · Math · vi · criſtus docuit orātes voce dīe
Pater noſter cē Et ad inflamandum fidelium corda que rez
varietate ſatis mouentur ſancta eccleſia ultra oracionem dñi/
cā hymnus pſalmos et alias diuinas laudes in officijs in qui=
bo oratur deus ſtatuit decantari · Sz contra hoc arguī poteſt
q oracio non debet eſſe verbo aut voce expreſſa · Sunt ad hoc
auctoritates ſanctoz doctorum · Vnde ambroſius libro de ſa=
cramentis quādo oras īquit noli vō clamare Et glo · Mathei ·
vi · In fide interiorī oratur deus non ſtrepitu labiorum ſed de
uocione virtutum Et · Iſidorus libro de ſummo bono · Oracio
cordis ē non labiorum · Non enim verba deprecantis deus at
tendit ſed orantis cor inſpicit · Et aug⁹ · in libro de ſermōe do
mini in monte vos autem cum oratis introite in tabernacula
veſtra que ſunt ipſa corda Et iterum ibidem ait claudendum
eſt hoſtium ideſt corporali ſenſui reſiſtendum ut oracio ſpiri/
tualis dirigatur ad patrem que fit in hymnis cordis vbi pat
oratur in abſcondito · Et iterum ibi Agere debemus apud de/
um non verbis ſed rebus quas animo gerimus cum deuocōe
pura et ſimplici affectu · Et Auguſtinus ad probam Multum
loqui in orando eſt rem neceſſariam ſuperfluis agere verbis
Et gre · veraciter orare eſt amaros in compunctione gemitus
non cōpoſita verba reſonare Ergo ſedz tantorum doctoz do
cumēta non videtur in oracione vox fore neceſſaria · Reſpon=
dent ad hanc difficultatem tollendam · Alex · de ales in quar
to volumine ſumme et Ric · in iiij · di · xv · et Tho · ij · q · que ·
lxxxiij · q⁹ duplex eſt oracio · Prima eſt cōmunis que ſez fieri
habet per miniſtros eccleſie in perſona totius populi que ad
horas dicendas obligantur ut ī ca · Preſbi · de cele · miſ · Et ta
lis oracio debet innotescere populo pro quo offertur ut excite
tur ad deuocionem · Ideo clerici qui obligantur ex ſtatuto ec
cleſie et religioſi qui tenentur ex uoto regule aut ſtatuto/
rum vigore dicere horas debent illas voce exprimere · Et ſi qñ
contingat ut extra chorum per ſe illas perſoluant tam alte d
bent verba proferre ut ipſi ſaltem intelligant qđ loquuntur
Et in ca · Dolentes reprehenduntur illi qui ſincopizando et ſi/
ne deuocione diuinum officium celebrant · Secunda eſt oracio
ſingularis ſez que offertur ab homine in quantum eſt ſingula
ris perſona ſiue oret pro ſe ſiue pro alio Et quamuis nō ſit ne/
ceſſarium talem oracionem eſſe ſenſibili voce tamen vox q

adiungitur triplici racione Primo racione deuocionis excitā
de·Secundo racione reuerencie exhibende·Tercio racione af/
fectiōis explicande Primo racione deuocionis excitande vt
scilicet per vocem et verborum sonum cor excitetur ad deum
magis timendum colendum diligendum siue desiderandū·Ex
quadam enim naturali vnione anime ad corpus motus cor/
poris diuersimode anime affectiones maxime si sint fortes
diuersas mutaciones faciunt in corpore·Ideo cum quandoq;
et quasi sepius contingat q̄ orare volentes et ꝓpter pondus
carnis et propter occupaciones seculi ⁊ propter dyaboli tēp
tamenta mentem habeant aridam insipidam debilem et d̄ de
o parum cogitantem aut certe nichil adiungenda est taliū
oraciō vox viua in qua nominatur magnus et excelsus bonꝰ
pius clemens misericors et huiusmodi ut per talem prolacio
nem euigilent quasi sensus interiores Idem dico de genufle
xionibus de prostracione ad terram de tōsionibus pectoris et si
milibus·Non indiget his qui omnium corda scrutatur et vi
det·Sed ideo fiunt ut per tales motus gestusq; corporis cor/
poris mentis excitetur et mens magis inflammata efficacius p
oracionem vnitatur d̄o Secundo adiungitur vox oracioni ra
cione reuerencie exhibende ut scilicet deo reuerenciam impen
damus non tantum cord̄ sed eciam lingua quoniam ut ait Jo·
dama·in iij·li·Quia ex duplici natura cōpositi sumus intellec
tuali scz ⁊ sensuali duplicem honorem debemus deo offerre s·
spiritualem et corporalem·Si tamen in casu a deo quis esset i
contemplacione perfectus q̄ vocalis oracio remitteret interi
orem feruorem tunc non esset vocaliter orandum oracione sin
gulari Tercio adiungitur vox oracioni racione affectionis
explicande Nam ex abundancia cordis os loquitur ut dicitur
Math̄·xij·Quandoq; ita feruet interius anima itaq; inflāma
tur in dei amore aut humiliatur in eius timore aut obligatꝰ
in eius recordacione beneficiorū q̄ quasi vim paciens in ver/
ba prorumpere cogitur·Sicut legitur de beato francisco quē
semel audiuit beatus frater·Leo eius socius et confessor per
longum spacium in oracione eleuatum a terra clamantem et
dicentem·Quis es tu et quis sum ego·Et dum hec eadēz v̄ba
sepius replicaret suspirabat lugebat et totus videbatur liq̄
factus amore Nam ut ipse postea interroganti eum fratri Le
oni predicto qui eum exploraverat retulit predicta verba id̄
o sic dixisse quoniam in corde suo tam profunda versabatur

(sui cognicio siue scilicet paruitatis et dei

magnitudinis a quo ipse puul⁹ ⁊ mīm⁹ taꝫ copiosa beneficia
suscepat sperabatqꝫ se vberiōa suscepturū ꝙ ex vehemēcia ani
mi cū admiracōne deuꝫ cōpellebat² laudare et benedicere di/
cendo sibi. Quis es tu de⁹ me⁹ qui nullo indiges in quo ē om=
ne bonuꝫ et q̄ sū ego qui nichil boni habeo nec habere possum
nisi tu de⁹ meus deleris. Quis es tu qui teipsū eciā m̄ dare ꝓ=
mittis! Et multa alia buliebant in corde eius ꝓpter que verba
predicta ingemīabat. Similiter d. Bern. miles et doctor de a/
bisso qui fuit primus quē sanctus frāciscus traxit ad xp̄m an/
tequam mūduꝫ reliquisset inuitassetqꝫ quodam sero in domo
sua pauperez. Franciscuꝫ cū in p̄ma vigilia noctis obseruasset
euꝫ quid faciebat audiuit euꝫ in oracione positū cū suspiriis ⁊
lacrimis sepius replicātem. De⁹ me⁹ et om̄ia de⁹ me⁹ et om
ma In quibꝰ verb̄ ut ipse postea declarauit dn̄o ber. ꝓfundis
sime cōtemplabatur excessū maiestatis diuine et infinitā boni
tatem sūmmi dei.

Q̄ in oracione necessaria est attencō scd̄ꝫ vim p̄me intencio
nis et qualiter hoc modo oracio est fructuosa licet non sit ꝑ
omnia attenta Ca. scd̄m

Scd̄s mod⁹ q̄ seruād⁹ ē ī or̄one dicit² attēcōis Debet nā
qꝫ oracō quātū fieri potest esse attēta qm̄ ut dicit Je/
ro. et ponit² de conse. di. v. c. Non mediocriter. Nō ver
b̄ tātum sed corde orandus est deus. Quapropter melior ē qn̄/
qꝫ psalmorū decantacō cum cordis puritate ac serenitate et
spirituali hilaritate quam psalterij modulacō cum anxietate
cordis atqꝫ tristicia Et ad hoc facit c. Nūq̄ de cōse. di. v. ⁊ c.
Quando de cōse di. i. Et ad idem sunt apostoli verba. i. Corin.
xiiij. dicentis. Nam si orem lingua spiritus meus orat mens
autem mea sine fructu ē. quid ergo est! Orabo spū orabo et mē
te Sed satis durum hoc videtur quando eciam et sancti viri o/
rantes mentis euagacionem paciuntur secundum illud psalmi
sta. Cor meum dereliquit me. quomodo ergo qui īperfecti sūt
poterunt orando semper esse attenti! Et si oracio sine attenci=
one infructuosa est quis poterit orando mereri. Idcirco ad h̄
clare intelligendum tria sunt notanda secundum. Ric. Tho.
et Alex. vbi supra Primo notandum ꝙ si adsit intencō debi
ta et actualis in principio oracionis vocalis quāuis postea nō
concomitetur tamen oracio vocalis est meritoria et im/
petratiua per virtutem prime intencionis nisi interrum/
pat² postea per ītencionē cōtrariā sic̄ cuꝫ aliq̄s ex bona ītēcōe

ĩcipit pegnari ul' elemosinã daẽ tot⁹ act⁹ sequẽs meritori⁹ ẽ
vtute p̃me intẽcionis quãuis cesset sua intẽcõ actual' Sedm
notãdum q̃ triplex est oracõnis effect⁹. Prim⁹ merendi et ad
hunc effectum nõ ex necessitate requirit' q̃ attẽcio adsit ora/
cioni per totũ sed vis p̃me intencõnis sufficit ut dictum ẽ Se/
cundus effectus est impetrãdi et ad hunc eciam sufficit inten/
cio ut in p̃mo. Tercius effect⁹ est spũaliter delectandi in quã
tum orans spirituali delectat' contẽplacõne dei et ad talem ef
fectum necessaria est attencõ et quanto maior est tanto maio
rem delectacionem et spiritualem gustum sentit ille qui orat
Si tamen aliquis hoc gustu bona intencione orans eo q̃ non es/
set attentus eciam contra voluntatem suam non gauderet Nõ
propterea tanquam infructuosam oracionem relinquere debz
quoniam rarissimi sunt qui orando semper possint mentem at/
tentam habere ideo dicitur in legenda sancti bernhardi. Q̃ q̃/
dam vice cum ipse equitãs ĩ itinere cuidam rustico obuiasset
materia sic se offerente de cordis instabilitate in oracione bern
hard⁹ conquestus ẽ. Qd rusticus audiens mox eum despexit
et in oracionibꝫ suis cor fixum et stabile dixit se habere. volẽs
autem bernhardus eum conuincere et a sua temeritate coher
cere dixit. Sequestrare parũp a nobis et tota qua poteris at/
tencione oracionem dominicã inchoato quam si sine aliqua cor
dis euagacione finire poteris equum cui insedeo proculdubio
tibi dabo. Tu autem michi in fide tua spondeas q̃ si aliq̃d ibi/
dem cogitaueris hoc aliquatenus non michi celabis. Letatur
ille et tanquam se lucratum iam reputans audacter se cedit.
Et seipsum recolligens oracionem dominicam dicere inchoa=
uit. Vix autem oracionis expleuit dimidium et ecce importu
na cogitacio de sella cordi suo se ingerit vtrum habere eam
debeat cum iumento. Qd ille aduertens concitus ad bernhar=
dũ rediit et quid in ipsa oracione sollicite cogitauerit indica/
uit. Et de se ut prius temere non presumpsit Tercium no
tandum q̃ triplex est attencio que oracioni vocali potest adhi
beri. Vna quidem qua attenditur ad verba ne quis in eis er=
ret. Secunda qua attenditur ad sensum verborum. Tercia
qua attenditur ad finem oracionis scilicet ad deum et ad rem
propter quam oratur que est maxime necessaria et hanc ha/
bere possunt eciã idiote. Quicũqꝫ ergo ad oracõem accedit ea
intẽcione ut honoret deum seqꝫ orando sibi subiciat et com=
mendet si dolens et male contentus mentis patitur vagaciõeꝫ

non perdit oracōis fructum quātuz ad effectuz meriti et impe
tcionis licet priuetur effectu delectacōnis · Idcirco deponēdi
sunt scrupuli ⁊ extremitates consciencie quibꝫ nonnulli diabo
lo instigante deuicti ab oracione desistunt existimātes eo ꝙ at
tēti non sunt inuanum oracōni vacare·

De ordine in oracōne seruando et qualiter possum⁹ rogare
sanctos tanquam intercessores et aduocatos nr̄os

Capitulum· tercium· ·:·

Tercius mod⁹ in oracione seruand⁹ dicit⁹ ordinacionis
Debet oracō esse ordinata ut orans intendat impetraē
a d̄o omne donū qd̄ postulat quia ut inq̄t psal· Graciā
et gloriam dabit dn̄s Sanctis vero preces sunt porrigend̄ ta/
q̄ intercessorib⁹ et aduocatis nostris apud deuz· Nam ut inq̄t
Bon̄·di·xlv·quarti libri · Deus instituit et voluit ꝙ sanctos
rogarem⁹ triplici ex causa Prima ꝓpt̄ nostram inopiam· Se=
cūda ꝓpter dei reuerenciaz· Tercia ꝓpter sanctoꝝ gloriaz
Prima propter nostram inopiam siue in contemplando siue ī
amando siue in merendo· Sumus inopes in contemplando sum
mā lucem que ipse de⁹ ē Sum⁹ inopes in amando quia miser
homo magis quandoqꝫ sentit se affectum ad vnuz sanctuz q̄z
ad ipsum deum· Sum⁹ inopes in merendo eo ꝙ exigua sunt ⁊
parua merita nostra· Ideo deus voluit nos rogare sanctos ut
ī ipsis eum contēplemur vt per ipsos fiduciaz habeamus et ꝑ
eorum merita indigenciam nostram suppleamus Secunda
causa est propter dei reuerenciam ut homo peccator ad deū q̄si
pro reuerencia non audens confugere imploret auxilium ami
corum eius Tercia causa est propter sanctorum gloriam ut ip
se deus glorificetur in sanctis suis quorum amore deuotis eo
rum gracias dona et beneficia plurima dignatur conferre· Ne
qꝫ audiendi sunt illi qui dicunt superfluum esse ad sanctos per
oracōes ꝯfugere qn̄ ecclesia sanctis oraciones porrigere cō=
fueuit Quinimo quotidie experimur quantum prodest nobis d̄
uocionem sanctis dei exhibere d̄ quibus dicitur in psalmo Le
uaui ocu· me·in mon·vnde ve·auxilium michi · Piis namqꝫ
sanctoꝝ precibus et precipue virginis gloriose liberati sunt
multi a periculis maris · Alij ab vlceribꝫ et egritudinibꝫ de=
speratissimis sanati· Alij a dyaboli temptacōibꝫ penitus mun=
dati· Alij ab infamijs et criminibꝫ falsis plene purgati · Alij
a varijs diuersisqꝫ t̄bulacōibꝫ ⁊ āgustijs ad q̄etē ⁊ trāq̄llitatē ꝑ
ducti Nārēt ista q̄ expti sūt dicāt d̄uoti sācti nico· sācti frācisci

sancti anthonij sancti bernhardini sācti petri martiris ⁊ aliorū sāctoꝝ q̄d acceperūt q̄d obtinuerūt illos inuocādo. Clament pijssime virgīs fideles deuoti quot munera dei ad inuocacionē nominis. Marie habundanter īpetrauerūt de qua bernhardus ait in periculis in angustijs Mariam cogita. Mariam inuoca. Ergo simus prōpti et fiducialiter orando īuocem⁹ sanctos q°rum patrocinio obtinere poterim⁹ h̄ graciā et ī futuro gl'az in q̄ viuit de⁹ trin⁹ ⁊ vn⁹ p infinita secula seculoꝝ. Amen

¶ Sabbato post diem cinerū de īpedimētis cōtrarijs orōni ꝓpter que orantes non exaudiūt² ¶ Sermo xxi .:.

ERat enī vent⁹ contrarius eis. Scribuntur h̄ verba Marci vi. c. et in euāgelio hodierno. Conquerunt² plurimi et quidē absq̄ vlla racione q̄ in suis oracōnibꝫ non exaudiūt² a deo neq̄ impetrant orando q̄d volūt Sed nō intelligunt q̄ vt Aug⁹ inq̄t xvi. q. i. in c. Decime. Benefacere deus semper est promptus sed hominum malicia prohibetur. Cessāte ergo ex parte hominum defectu non est correpta ad dandū man⁹ oīpotētis dei liberalissima Querit nāq̄ ipse ut sua beneficia eroget mentes nostras bene dispositas vnde naufragiuꝫ timentibꝫ discipulis ī nauicula ꝯstitutis sicut in euāgelio ho. legitur xp̄us dixit. Confidite. Nam ꝓpterea īminebat eis periculum et contrariebant² vēti quia erat cor eorum obcecatum nec ut decebat confidebant in virtute magistri sui. Sic et orātib⁹ euenire solet q̄ quandoq̄ non exaudiuntur quoniam non orant cum ea spe et fiducia quam habere debent in benignissimo deo Verumtamen vt magis quietetur animus eoꝝ q̄ dolent q̄ eorum preces deus non implet in presenti sermone de īpedimentis oracōis erim⁹ tractaturi videbimusq̄ qualia sint īpedimenta que contrariantur orantibus ne exaudiantur sicut venti contrariabantur in mari discipulis et notabimus tria principalia impedimenta.

¶ Primum dicitur iniusticia
Secundum dicitur iniq̄tas
Terciū dicit² īpaciencia

Q̄ propter iniusticiam vel orātis vel oracionis vel eoꝝ ꝓ quibus oratur quandoq̄ deus oraciones non exaudit

¶ Capitulum. primum

PRimum impedimentum quare multociens deus non exaudit orantes dicitur iniusticia que triplex esse potest Prima est ex parte orantis. Secunda ex parte oracionis. Tercia ex parte eius pro quo orat² Prima iniusticia est ex pte orātis q̄n orās a deo ē īiust⁹

vt exaudiri non mereatur Sed pro clariori noticia queritur. Vtrum peccatores impetrēt aliquid a deo suis oraciombus. Et ā guitur q̄ non ex verb̄ scriptuē. Scribitur nāq̄ ysaie. i. Cum extēderitis manus vestras auertā oculos meos a vob̄ et cū multiplicaueritis oīo ez non exaudiam manus enim vr̄e sāguīe plene fūt. Et Isa. lix. Ecce non est abbreuiata manus dn̄i ut saluare nequeat neq̄ aggrauata est auris eius ut non exaudiat s̄ iniquitates vestre diuiserūt int̄ vos et deum vestrū ⁊ peccata vestra absconderūt faciē eius a vob̄ ne exaudiret. Manus enī vestre sāguine plene fūt ⁊ digiti vestri iniquitate Labia vestra locuta sunt mendacium et lingua vestra iniquitatē fatur. Et Iere. trenorum iij. c. Nos inique egimus et ad iracundiam pro uocauimus te idcirco tu es inexorabilis. Et dauid in psal. Iniq̄tatē si aspexi in corde meo non exaudiet dn̄s. Et prouer. xxviij c. Qui declinat aurem suam ne audiat legē oracio eius erit execrabilis. Et Jo. ix. Scimus quia peccatores deus non exaudit. Et Criso. super. Math. Qui orat et peccat non orat deū sed d̄ ludit. Et pro. xv. Longe est dn̄s ab impijs et oracōes iustorum exaudiet At cōtra est auctoritas Criso. q̄ sic glosat dictū xpi Luc. xi. Om̄is qui petit accipit siue iustus siue peccator. Et ad idem augu. super Jo. ait. Si peccatores non exaudiret d̄us frustra publicanus dixisset. Deus propicius esto michi peccatori Respondeo pro huius dubij solucione sequendo. Alexander in iiij. summe volumine. Q̄ orantes homines in triplici varietate possunt inueniri. Nam aliqui licet valde pauci iusti sunt id est sine peccato mortali et oracio horum potētissima ē ut on̄dimus in sermone de vsu oracionis in ipso. Moyse. Et ideo Jacobi quinto dicitur. Multum enim valet deprecacio iusti assidua Aliqui sunt peccatores obstinati qui diucius in malo perseuerantes non se voluerunt corrigere a deo vocati nō se voluerunt emendare obdurauerunt corda sua spernentes dei iudicia. Hij cum quandoq̄ propter suam duriciem dei manum eos castigantes senciant in tribulacione positi clamant. Domine domine et dominus auertit faciem suam ab eis quibus dicit illud prouerbiorum primo. Vocaui et renuistis extendi manum meam et non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consiliuz meum et īcrepaciones meas neglexistis. Ego q̄q̄ in interitu vestro ridebo et subsānabo vos cū vob̄ q̄d timebatis aduenerit cū irrueit repētina calamitas ⁊ īteritus q̄si tēpestas īgruerit quādo venerit super vos tribulacō ⁊ angustia tunc

inuocabunt me et non exaudiaz mane consurgẽt et nõ inuenient me eo q̃ exosam habuerint disciplinam · Aliqui orantes sunt peccatores humiliati quia licet quandoq̃ peccent non tamen semper retinent propositum male voluntatis humiliantur deo timent illum ob cuiusq̃ reuerenciam aliqua bona opera faciunt · Hij in suis necessitatibꝫ orant deum suamq̃ implorant clemenciam · Confortandi sunt certe tales ut sperent in dominmo qui ex misericordia sua eos audit nec inuanum orare permittit Q̃m vt augustinꝰ iquit in capitulo · Adhuc mstãt ꝺ̃ pe · di · ij · Cur decuisset dñs orantes dicere · Dimitte nob debita nostra nisi misericors ipse nob̃ pseueraret q̃ ab hac peticõe nõ vult nos deficere hec ille · Peccator erat publicanꝰ et humiliatus exauditus est · Luc · xviij · Peccator ezechias et oraciõez eius ꝓpter humilitatem exaudiuit deꝰ pecãtores · Minuite et orantes et ieiunãtes dei iudicium euaserunt · Ideo qui peccatores sunt dummodo non sint obstinati et obdurati in malicia sua fiducialiter orent ad deum · Auctoritates aũt in contrariuz allegate intelligende sunt de peccatoribus obstinatis aut de illis qui petunt aliquid a deo secundum desiderium peccati quos deus aliquando ex misedia non audit quandoq̃ vero ex vindicta exaudit permittẽs eos amplius ruere in peccata qui a vt d · Augꝰ · Deus quedam negat ꝓpicius que ocedit iratus

Secunda iustificia est ex pte oiõis quando sez oracõ nõ habet racõz virtutis M̃a ut d · Ioñ · di · xvij · ij · li · In qualibet oracõe duo sunt consideranda Materia s · et forma · Materia oracionis respicit desideriuz petẽtis · Forma vero respicit distrecionem ꝓponentis quando sez ille qui orat omittit omnia volũtati diuine sicut faciebat xp̃us quando orans dicebat ad patrẽ · Pa · si · po · ẽ · t · a · m · c · i · Verumtamen n̄ m · u · fi · s · t · Qui sic orat et si non semper impetret qd̃ petit et desiderat nunquam tamẽ orat sine merito quoniam sic orando deum honorat qui quandoq̃ denegat temporalia ista bona petentibus quia videt illa anime saluti esse contraria · Ex hoc legitur in vita sanẽte petronille quam sanctus Marcellus scripsit Q̃ cum ipsa filia esset petri apostoli et speciosa nimis deo volente febribꝫ laborare cepit Discipuli autem petri dixerunt ad eum · Cum omnes a te sanentur infirmi cur · Petronillam iacere permittis ? Quibus petrus respondit quia sic expedit ei · Verumtamen ne putetur impossibilitas sanitatis eius in nemine ibesu cristi illam sanabo · Dixitq̃ ei · Surge petronilla velocius

et mistra nob. Que statiz sanata surrexit et mistrauit eis. Cō/
pleto autē misterio Petrus dixit ei. Petronilla redi ad lectuz
tuū. Que statim rediit et ut pri⁹ febrib⁹ laborare cepit At v/
bi in dei amore cepit esse perfecta eaz perfecte sanauit. Simi/
le est qd legitur in vita sācti thome Cantuarieñ. Cum enim q̄
dam quem sāct⁹ thomas dum viuebat valde dilexerat graui/
ter infirmaretur iuit ad ei⁹ tumbaz et pro sanitate rogauit ī
petuitqz illam ad libituz. Sed dum sanatus rediret cogitare
cepit q̄ illa sanitas forsan anime sue non expediret vnde iterꝝ
ad sepulchꝝ rediens orauit ut si non esset vtile anime sue cō
tinuo ipsa infirmitas rediret. Statīqz rediit sicut pri⁹ ꝓptēa
dicim⁹ q̄ qui bene orare volunt omnia tandē omittere debent
voluntati diuine Tercia iusticia est ex parte ei⁹ pro quo o-
ratur. Fiunt enim q̄ñqz orōnes pro aliquibꝰ qui non merentur
beneficia que postulantur pro ipsis vnde deus dixit ad Iere. de
populo iudaico pessimo et indurato Tu noli orare pro populo
hoc nec assumes pro eis laudez et oracōz ⁊ nō obsistas in quia
ego non exaudiam te. Sed ad hoc facit exemplum sancti. Bar/
tholomei de quo in sua legenda sic habetur. Q̄ Anno dñi tricē
tesimoprimo. Sarracenī siciliam inuadentes. Liparitanam insu
lam vbi corpus sācti bartholomei quiescebat vastauerīt ac ei⁹
sepulchrum confringentes ossa ipsi⁹ dispersērt Apparuit au
tez sāct⁹ cuidam deuotissimo d. Surge collige ossa mea q̄ disp
sa sunt. Cui ille qua racione colligere aut aliquez tibi honorē
exhibere debem⁹ cū deleri permiseris nec auxiliū nob impendē
ris! Cui ille Per multum tempus meritis meis dominus huic
populo pepercit sed eorum peccatis nimium inualescentibus ⁊
ad celum clamantibus iam pro eis non valui veniam impetra
re Sed ex hijs dubitari solet an pro omnibus in hac vita existē
tibus sit orandum. Et respondet Thomas vbi supra ar. vij. in
responsione ad tercium argumentum. Q̄ pro peccatoribus
orandum est ut conuertantur quia sicut nulli quamdiu hic vi/
uit subtrahendum est correpcionis beneficium quia non pos/
sumus distinguere predestinatos a reprobatis ut Augustin⁹
dicit libro de correpcione et gracia ita eciam nulli est denegā
dum oracionis suffragium. Pro iustis eciam est orandum vt
perseurent et proficiant ⁊ ut non superbiant dum considerant
se aliorum suffragijs indigere.

Q̄ sepe deus non exaudit orantes quia
ipsi veniam petentibus dare nolunt aut

crudeles sunt pauperibus aut diffidentes de deo. Ca. scdm.

Secundum impedimentum contrarium orantibus ne exaudiantur dicitur iniquitas quando inueniuntur in eis potissime tres iniquitates vz. Prima dicitur irremissibilitas Scda dr crudelitas Tercia infidelitas Prima dicitur iniquitas irremissibilitatis quando orantes nolunt proximis suis qui eos lesert veiam petentibus indulgere et offensas remittere. Ido dr. ecci. xxviij Relique proximo tuo nocenti tibi et tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Xpus autem in euangelio Math. v. orari iussit pro persequentibus et calumpniantibus. Sz circa hoc satis in dubio versatur animus. Primo quia in sacra scriptura inducuntur multe imprecaciones contra inimicos. Dicitur enim in psal. erubescant et conturbentur omnes inimici mei et alibi. erubescant impij et deducantur in infernum muta fiant labia dolosa et alibi Confundantur et reuereantur inimici mei etc. Scdo qr vindicari de inimicis in malum inimicorum cedit. Sz sancti vindictam de inimicis petunt sicut patet. Apoc. vi vbi martires xpi inducuntur d. Vsqueq° non vindicas sanguinem nostrum de hijs qui habitant in terra Et heli. rogauit ut ignis descenderet de celo qui consumeret duos principes quinquagenarios et exauditus est. iiij. Reg. i. Tercio qa operacio hominis et eius oracio non deberet esse contraria. Sz homines quandoqz impugnant licite inimicos alioquin omnia bella essent illicita. Ergo videtur qd non sit pro inimicis orandum Respondet. Thomas ut supra. Qz eo modo quo tenemur diligere inimicos tenemur et pro eis orare. Diligimus enim in eis naturam non culpam. Diligere eciam inimicos in generali est in precepto non autem in speciali. Vt scilicet homo secundum imparacionem animi sit paratus eciam specialiter inimicum diligere et eum iuuare in necessitatis articulo vel si veniam peteret Sz in speciali inimicos diligere absolute et eos iuuare perfectionis est. Similiter et necessitatis est ut a omnibus nris orationibus qs pro alijs facimus inimicos non excludamus. Qz autem specialiter oremus perfectionis est non necessitatis nisi in aliquo casu speciali Ad primum ergo dicendum qd imprecaciones que in sacra scriptura ponuntur quadrupliciter possunt intelligi. vno modo scdm qd prophete solent figura imprecantis futura predicere ut. Augus di. in li. de sermone dni in monte. Scdo modo prout quedam temporalia mala peccatoribus qnqz a deo ad correpcionem mittuntur. Tercio modo intelliguntur petere non contra ipos homines sz contra regnum peccati ut s. correpcione hominum peccatum destruatur Quarto modo confirmando

voluntatē suā diuine iusticie circa dānacōz perseuerancium in peccato. Ad scdm dicendū q̄ sicut in eodē libro aug. ait vidicta sanctorum est ꝓpter diuinā iusticiam quia ut īquit psal. Letabitur iust9 cum viderit vindictam. Ad terciū dicendū q̄ licitum est impugnare inimicos ut cōpescantur a peccatis eo q̄ cedit in bonum eoz. Et sic ecia licet orando petere aliqua temporalia mala inimicorum ut corrigantur. Et sic oīo ⁊ operacio non erūt contraria Secunda iniquitas dicitur crudelitatis quando orantes deum liberalem inuenire volūt et ipsi ꝓximis suis auari sunt et crudeles. Ideo. Thobie xij. dicitur. Bona est oracio cum ieiunio et elemosina Tercia iniquitas dicitur infidelitatis. Orant multi sine fide sumendo fidē pro fiducia siue confidencia. Ideo dicitur. Jacobi. i. Si quis indiget sapiencia postulet illam a deo postulet autē in fide nichil hesitās Nam ut ait psalmista psalmo triceſimo secundo Oculi domini in eis qui sperant super misericordia eius. Et prouerbioz. triceſimo. Clipeus est omn9 sperantibo in se. Et. Eccle. secdo. Respicite filij et scitote naciones hominum quia nullus sperauit in deo et confusus est.

Q̄z deus quandoq̄ non exaudit orantes ꝓpter illoz impacienciam et qualiter orandum est perseueranter Ca. terciū

Tercium impedimētuz contrarium orantibo ne exaudiātur dicitur īpaciencia Sunt enim multi qui si statim nō exaudiantur cum orant efficiuntur impacientes murmurant de deo et ad eum amplius redire nolunt deum esse durum tenacem et auarum. d. Quibus sonare debet vox euangelica xpi. d. Luce xi. Quis vestrum habebit amicuz et ibit ad illuz media nocte. dicens. Amice accomoda michi tres panes quia amicus meus venit de via et non habeo q̄d ponam ante illum et ille deintus rndens dicat. Noli mihi molest9 esse. Jam clausum est hostiū et pueri mei sūt in cubili non possuz surgere et dare tibi. Et ille perseuerauerit pulsās. Dico vob et si nō dabit illi surgens eo q̄ amicus eius sit ꝓpter īportunitatem tamen eius surget et dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico vobis. Petite et dabitur vobis. Vbi cristus docet nos perseueranter orare q̄ pseuerancia obtinua īquolibz opere arduo satis ꝓdest. Ideo ait ouidi9 li. ij. d pūto. Percussu crebro saxa cauant aq̄s Et li. iiij. d Gutta cauat lapidē nō vi ꝫ sepe cadēdo ⁊ li. i. de ārte amādi Quid magis ē durū saxo: q̄d mollius vnda: Dura tamen molli saxa cauantur aqua. Et

Job·xiiij·Lapides excauant aque et alluuiõe paulati in terra consumitur·Nec ꝓpterea quia replicatis vicibꝰ deꝰ vult exorari illiberal' et murbanꝰ est censendꝰ qui ideo qñq; sua bñficia rogatus differt conferre ut nos humiliet ut corda nr̃a magis inflammet ut beneficia sua sapidiora reddat· Amoueant̃ ergo impedimenta predicta ⁊ erit tranquillitas in amma orãtis Cui xp̃us hic dabit graciam et postea gloriam Amen

Dominica prima in quadragesima in mane· De tempore bene dispensando Sermo xxij

Ecce nunc tempus acceptabile·Doctoris gẽcium verba sunt ista ij·cor·vi·⁊ in epistola presentis dominice·Ponderanda sunt verba apostoli que de tempore dicit in lectione occurrẽtis epistole qñ nulla grauiõ periculosiõq; iactura quã per dicio temporis illud namq; datũ est nob a deo ut possimꝰ mereri regnum eternum·Si tamẽ ꝺ fecerit sine merito deficiet eciam spes nostre salutis·Diximus enim in precedentibꝰ sermombꝰ ꝺ iusticia dei ãliter hij qui in inferno sunt extra omnem statum omneq; tempꝰ merẽdi volent se esse positos·Solerter itaq; vnusquisq; studere debz ut tempus sibi concessum fructuose dispenset q; plerieq; negligunt·idcirco in presenti sermone de tempore erimꝰ locuturi de quo principaliter tria misteria ꝓponimus contemplanda·

Primum dicitur condicio De tribus ꝺdiciombꝰ tpis seq;
Secundum dicitur nominacio breuitate mobilitate et ir
Tercium dicitur obseruacio reuocabilitate Ca·ꝑmum

Primum misterium cõtemplandum de tpe dicitur cõdicio in quo attente considerare debemꝰ quot sũt pncipales tpis ꝺdicões et reducimꝰ illas ad tres·vz·Prima dicitur breuitatis Secunda mobilitatis·Tercia irreuocabilitatis Prima cõdicio temporis dicitur breuitas qua vt inquit pau·i·cor·vij·Tempꝰ breue est·Et hoc tripliciter ꝑmo respectu sui·secundo respectu dei tercio respectu nostri Primo tempꝰ breue ẽ respectu sui quia incepit esse ⁊ desinet esse Q; tempus incepit esse patet per dicta doctorum·Vñ cassiodorus super psal·liiij·ait Tempus tunc cepit quando mundꝰ sumpsit iicium Et ·Origenes li·i·sup gen̄·Tempꝰ nõ erat antequam mundus non esset·sed esse cepit·Et yscorus li·i·ꝺ

sumo bono Nulla an̄ p̄ncipiū mūdi fuer̄t tp̄a q̄ cū ip̄z sit cre
tura i p̄ncipio mūdi factū esse credēdū ē. Et aug⁹. li. v. d̄ trini
tate. Tēp⁹ nō cepit ī tp̄e nō enī erat tēp⁹ anteqū eēt tēp⁹. Et
si diceret² q̄ om̄e qd̄ cepit eē aut cepit eē ī tp̄e aut i eternita
te Si ergo tēp⁹ cepit eē ⁊ nō cepit eē ī eternitate ergo cepit
eē in tempore R̄ndet d. Boñ. ij. di. scd̄i libri in declaracōe lr̄e
Q̄ scd̄m aug. differt dicere aliquid fieri ex tempore et in tp̄e
et cum tempore. Qd̄ enim īportat ordinē īportat cōtingenciā
cū īportat similitatē. Et ideo nichil factū ē in tp̄e nec ex tep̄e
nisi qd̄ exceditur a tēpore. Quia g̊ tēpus et ea que in p̄mordi
o tēporis creata sunt a tp̄e non excedunt². Ideo dicit aug. ea
eē creata cū tēpore nō in tp̄e nec ex tempore. Scd̄m autē bedā
quē magister inducit in textu quatuor fuerunt a p̄ncipio cre
ata. s. Materia p̄ria angelica natura Celum Empireū et tp̄us
dicit tn̄ d. Boñ. Q̄ tēp⁹ accipi ꝯfueuit in scripturis sanctoruz
quadrupliciter. s. ꝯmunissime cōmūiter ꝓp̄e et magis ꝓp̄e cō
munissime temp⁹ dicit mensuram cuiuslibet duracionis crea/
te. Et sic accipit illud. Beda ꝯmuniter dicit mensuram cuius/
cūqz mutacionis siue illius que ē de non eē in eē siue alteri⁹ q̄
ē de vno eē in aliud eē. Et sic accipit temp⁹ Ric. d̄ sācto vic
tore in glo. sup i. c. geñ. vbi d. Omne qd̄ cepit ex tempore ce
pit. Tercō modo accipit² ꝓp̄e et sic dicit mensuraz variacōis
successiue siue sit successiua successione regulari et cōtinua si/
ue non. Et sic dicit aug. ad horosium. Q̄ affectiones varie an/
geloꝝ mēsurant² tēpore et omnis variacō reꝝ. Quarto mo
do accipit² magis ꝓp̄e et sic dicit² mensura mot⁹ siue variaci
onis successiue continue et regulate scd̄m regulam motus oc
taue spere. Et sic consueuit accipi ab. Ar. et ꝯmentatore. iiij.
phy. Et ista est coarctata tēporis accepcio et sicut temp⁹ ce
pit eē ita desinet eē. vñ. Apo. x. Io. ait. Angel⁹ quē vidi stan
tem supra mare et supra terram leuauit manum suā ad celuz
et iurauit per viuentem in secula seculoꝝ qui creauit celum
et ea que in ea sunt q̄ temp⁹ ampli⁹ non erit. Quemadmodū
autem cessante motu celi cessabit eciam et temp⁹ pleni⁹ di
cā in sermone de contemptu mundi Secūdo temp⁹ est breue
respectu dei. Nam deus est eternus sine tempe sine successiōis
mensura qm̄ ut inquit Ar. iiij. phi. Ea dicuntur tēpore mensu
rari que p̄ncipium et finem habent. Est autem reperire p̄nci
piuz et finē in omni eo qd̄ mouet² qd̄ vero est omnino īmutabi
le sicut nec successionez ita nec p̄ncipiuz nec finē habē potest

Ideo cum deus sit maxime imutabilis sibi maxime cōpetit ut
sit eternus quia deus est suū esse vniforme. Vnde sicut est sua
essencia ita est sua eternitas. Et hoc expressit aug⁹ d. ad mar
cellinum. De⁹ solus est qui exordium non habet. Sz qd̄ soli de
o non cōpetat eternitas probare posset aliquis per dicta scip
ture vnde dani. xij. d Qui ad iusticiaz erudiunt multos fulge
bunt quasi stelle ipp̄etuas eternitates. Sed si solus deus esset
eternus non essent plures eternitates. Et dauid in psal. mon
tes vocat eternos Illūians inq̄t tu mirabilit' a mōtibꝫ eternis.
Et deutro. xxiij. Colles vocāt' eterni. Et. Mathei. xxv. Ignis
iferni adhuc noīat' eternꝰ g̊ ñ ē solꝰ d⁹ eternꝰ Respon. Tho
p̄te prime sūme q. x. Q̄ eternitas vere et p̄p̄e in solo deo ē eo
q̄ ꝯseq̄t' imutabilitatē ut dictū ē solꝰ aūt deꝰ oīo ē imutabil
Secūduz tamen q̄ aliqua ab ipso immutabilitatem recipiunt
scd̄m hoc aliquid eternitatis eius p̄ticipans. Quedam vero q̄n
tum ad hoc imutabilitatē sorciuntur a deo quia nūquam desi
nunt esse. Et sic dicitur eccl. i. Terra vero meternū stat. Que/
dam eciam eterna in scripturis dicuntur p̄pter diuturnitatez
duracionis licet corruptibilia sint sicut in verbis allegatis di
cuntur eterni montes ⁊ colles. Quedam ampliꝰ participāt d̄
racione eternitatis in quantum habent intransmutabilitatem
vel scd̄m eē ut ignis inferni vel scd̄m suam operacionem sicut
angeli et beati videntes deum in quibus non erunt quantū ad
visionem beatificam volubiles cogitacōes ut docet aug⁹. iiij.
de trinitate vnde dicuntur habere vitam eternam scd̄m illud
Jo. xvij. Hec ē vita eterna ut cognoscant te verum deū. Mul
te ergo eternitates sunt quia multi sunt p̄ticipantes eternita
tem ex ipsa dei cōtemplacōe Dicimꝰ ergo q̄ sicut solꝰ deꝰ est
bonꝰ per suam essenciaz ut dicit Boe. in li. de ebdomadibꝫ Si
cut oīa alia sunt bona per participacionem ita solus deus est
eternus per suam essēciaz. Alia vero dicuntur eterna per par
ticipacōz Tercō tēpus est breue respectu nostri quid enim
de tempore dicam ad vitaz presentez nobis concesso. Audia/
mꝰ sapientum sanctorumq̄z voces. Inquit enim iob. viij. c. Si/
cut enim vmbra sunt dies nostri super terraz Et. xiij. Homo
natus de muliere breui viuēs tēpore r̄pletus multis miseriis
Qui. q. fl. e. et cō. et f. u. vmbra. Et xiiij. Breues dies hoīs sūt
Et gre. xv. li. mora. Omnis longitudo tēpis vite p̄ntis punctꝰ
esse cognoscitur cū fine terminetur. Et ysidorus li. i. soliloqui
oruz quotidie dies vltimꝰ appropinquat. quotidie ad finem

tẽdim⁹ ad mortẽ quotidie properamus·Et·Jacobi·iiij·Que ẽ
vita nostra? vapor ẽ ad modicũ parens et deinde extermiabi=
tur Et seneca ad Lucillum·punctum est omne qđ viuimus et
adhuc puncto minus et iterum ad eundem quotidie morimur
quotidie demit⁹ aliqua pars vite et tunc qđ cũ crescimus vita
decrescit et idẽ de consolacione ad Martiã·Omnia humana bre
uia et caduca sunt et infiniti tẽporis nullam partem occupan/
cia et idem in tragedijs etate fruere mobili cursu fugit et idẽ
in·q·natũalibꝫ fugit tẽpus et auidissimos suos deserit pereun
do elegant'·Lesio quidam dicenti sexaginta ãnos habeo hos
inquit sexaginta dies quos non habes et ouidius libro ·iij·de
fastis· Tempora labuntur tacitisqꝫ senescimus annis et celer
admissis labitur annus equis et in x·Metha·Labitur occulte
fallit qꝫ volatilis etas et nichil est annis velociꝰ Hic sapienter
plus quidam quasdam sibi questiones ꝓpositas soluit Interro
gatus etenim cũ quibꝫ socijs est homo·Respondit·Cum sep=
tem qui eum assidue molestant hij sunt fames sitis calor fri=
gus lassitudo infirmitas et mors Interrogatus vbi est homo
Respondit In bello multiplici et diuerso intra se habet bellum
mordentis consciencie In ꝓpo corpore habet bellum quatuor e/
lementoruꝫ que secũ pugnant ad inuicem per contrarias qua
litates extra se habet bellum rerũ concupiscibilium et dyaboli
ce temptacionis Interrogatus terciõ quomodo se habet homo
Respondit ut lucerna ad ventum que cito extinguitur ut scin
tilla in mari que cito ab vndis absorbetur·Et spuma gracilis
que cito a procella dispergitur ut fumus qui cito diffunditur
Interrogatus quarto cui similis est homo·Respondit acerui
nius quia ut acceruus minis modico calore cito in aquam de q̃
fuerat resoluitur sic homo gemitus de putredine modica in /
firmitate in eam reuertitur·Similis est eciaz homo rose matu/
tine que dum colligitur mane pulchra videtur in sero vero mã
cida inuenitur·Sic homo ĩ iuuentute appãret floridus in senec
tute vero marcessit·Similis ẽ eciaz pomo nouo qđ dum in ãbo
re pendens ad incrementuz debituz peruenire creditur modi/
co tamen verme interius exorto corroditur et subito corruens
efficitur inutile·Sic homo in puericia sua aut in adolestẽcia se=
pius subita infirmitate preuẽtus moritur et mutilis efficitur·
Interrogatus quinto quid est homo Respondit Mãcipiũ mor
tis hospes loci viator transiens·Mancipium dicit⁹ quia manuz
mortis nequit euadere·Hospes loci quia recipitur cũ gaudio

sed cito obliuioni traditur·Viator vero transiens vocatur qa dormiens aut vigilans sedens aut ambulans vel quicquid aliud faciens semper ad mortem properat Absoluit ergo philosophus optime dicta sua ostendens vite humane tolendam breuitatem. Et quid prodest esse in delicijs possidere diuicias sedere in throno regm florere in iuuentute·Letari pulchritudine et quibuscunqz temporalibo bonis perfruj quando tam cito vita cessabit! Aut quomodo nō erunt irrisione digni qui deum derelinquentes in illa confidunt! Hinc aug⁹·libro d̄ miseria huius mundi exclamans ait O vita presens q̄ multos decipis que dum cognosceris nichil es dum exaltaris fum⁹ es·Sapientibo amara es insipientibo dulcis es· Qui te querūt non te cognoscunt·Qui te cognoscunt ipsi te fugiunt·Ideo paulus hanc breuitatem vite considerans i·cor·vij·c·dicebat qui habent vxores tāq̄ non habentes sint et q̄ emunt tanq̄ non possidentes et qui flent tanq̄ non flentes et qui vtuntur hoc mundo tanq̄ non vtantur et qui gaudent taq̄ nō gaudētes· Pretherit enim figura huius mūdi Secunda condicio temporis dicitur mobilitas·Semper enim temp⁹ est mobile et nunq̄ quiescit Sic et cōdicō nostra mutabilis est et mouetur semper cū tpe·Ideo Job dicebat xiij·c·loquens de homīe·Nunquā in eodē statu permanet Et Ouidius li·xv·meta·inquit·Nec speciēs cuiqz manet rerumqz nouatrix·Et alijs alias repat natura figuras· Nil equidem constare diu sub ymagine eadē credideri·Et in Auten·de no·alie·§·Vt autē dicitur·Quid est stabile inter homines et ita immobile ut nullam paciatur immutationem cuz omnis noster status sub perpetuo motu cōsistat! Et C·de veteri iure enucleando l·ij·§·Sz quia diē humani iuris condicio semper in infinitum decurrit et nichil est in ea qd̄ stare perpetuo possit Et Cassiodorus li·iij·epistolarū·humāe res mutabilitatem paciuntur Ideo seneca ad Lucillum pulcre sic loqtur·Noli huic tranquillitati confidere·Momento mare euertitur z eodē die vbi luserūt nauigia sorbentur videm⁹ omnia ista quotidie per experienciam deficere experimurqz emma vanitati fore subiecta et tamen omnez operaz adhibem⁹ ad huc teporalia bona assequenda Pro celesti autez mercede que meternum est duratura nec in minimo laborare sumus parati· Tercia condicio tēporis dicitur irreuocabilitas·Perditū nāqz tēp⁹ a deo irreuocabiliter euolat ut ampli⁹ recuperari non possit vnde Ouidi⁹ in tercō de arte amandi Nec que preterijt

hora redire potest. O quam preciosū est tēp⁹ cū q° lucrari pos
sum⁹ eternitatē ideo Seneca ad lucilluz dicebat. Omnia mi Lu
cille aliena sunt temp⁹ tātū nostruz est Ex hoc Jero. sic scribit
ad eustochiuz. Omne temp⁹ in quo te meliorez nō senseris ex
istima perdidisse et Bernhard⁹ videns occisoꝝ incredibilem
numerum in li. de contemptu mundi sic loquitur. Heu heu m/
chil preciosi⁹ tpe nichil hodie vili⁹ reputatur hec ille.

De triplici vocabulo expressiuo temporis scz. Nunc. Tunc.
et Olim Capitulum secundum.

Secundum misteriuz contēplandum de tpe dicit² nomīa
cio seu expressio. Nam secundū thomā in scripto super
.iij. ethy. et super v. phy. tēp⁹ triplici vocabulo exp̄/
mi et noīari solet. Primū vocabulū est nunc. Scd̄m vocabulum
est tunc. Tercium vocabulū est olim Primum vocabuluz q°
tēp⁹ exp̄mit² dicit² nunc in quo signat² tēp⁹ presens seu pre
sentis vite quando possum⁹ dumtaxat operari bonuz Naz in in
ferno operacō bona nulla erit vbi anime sunt irreuocabilit' cō
dēnate. In paradiso nulla erit operacō laboriosa necessaria v=
bi anime sunt beatificate. In purgatorio eciaz nulla potest eē
operacō meritoria sed tantum pena satisfactoria Ideo cū audi=
mus nunc euigilare debem⁹ et intelligere q tātū presens tē/
p⁹ est oportunuz ad agendam penitēciam. Et qui futuruz ex=
pectat mundi allect⁹ dulcedine grādi se exponit periculo. Ido
dixit sanct⁹ Barlaam Q qui delectacōnes corporales desiderāt
et in presenti dissimulāt agere penitēciam et prouidere sibi de
futura vita similes sunt cuidam homini qui dum a facie vnicō
nis ne ab eo deuoraretur velocius fugeret in quoddam bara/
trum magnum cecidit. Dum autē caderet manibꝫ arbusculam
quandam apprehendit et base quadam lubrica et instabili fix
it pedes Respiciens vero vidit duos mures vnum album et a
lium nigrum incessanter radicem arbuscule quam apprehend
rat corrodentes et iaz ꝓpe erant ut ipsaz abscinderent in fūdo
aūt baratri vidit draconez terribilez spirantē ignem et aperto
ore ipsum deuorare cupientē. Super basem vero vbi pedes te
nebat vidit quatuor aspidū capita inde prodeūcia. Eleuans au
tē oculos vidit exiguū mellis in ramis illius arbuscule oblit⁹
q̄ periculi in q° posit⁹ erat seipsuz totū ad mel comedendū cō
uertit. Vnicornis mortis tenet figuram que hoīem sēper perse
quit². Baratrum vero mund⁹ est omnibꝫ periculis plenus. Ar
buscula vniusciuiusq̄ est vita que per horas diei ⁊ noctis quasi

per murem album et nigrum incessanter consumitur et incisio
m appropinquat·Basis quatuor aspidum corpus est ex quatu/
or elementis cōpositum quibus mordmatis corpis cōpago dis
soluitur·Draco terribilis est os mferm cunctos deuorare cupi
ens·Dulcedo ramusculi delectacio fallax mundi qua multi deci
piuntur detinenturqz ne in presēti dum tēpus adest et facul=
tas datur clament ad dñm et toto corde conuertantur ad illū

Secundum vocabulum quo tempus exprimitur dicitur tūc
et significat illud qđ est remotum a presenti et precipue futu
rum·In scripturis vero diuims septem tunc nob se ingerunt
iugiter meditanda·Primuz tūc horribilis visioms quando s·
dānati miseri iudicem ommū in sua maiestate videbūt·Et de
hꝭ sic dicitur·Luce xxi·Tunc videbunt filium hominis venien/
tem in nube cum potestate magna et maiestate· Secm tūc est
generalis lamentacōis quando cōmums erit et infructuosa la
mentacio damnandoz Et de hoc dicitur Mathē· xxiiij· Tunc
plangent se omnes tribo terre·Tercium tūc est iocunde asso/
ciacōis de quo dicitur·Sapiēcie v·c·Tunc stabunt iusti i mag
na constancia aduer·e·qui se a·et qui ab la·eoz·Quartum
tunc est timende locucōis·De quo dauid in psalmo secdo ait·
Tunc loquetur ad eos in ira sua et in furore suo conturbabis
eos·Quintum tunc est dulcis vocacionis quando vocabuntur e
lecti ad possidendum glorioslissimum regnum dei et de hoc Ma
thei xxv·Tunc dicet rex hijs qui a dextris eius erunt·Venite
benedicti patris mei p·r·patum u·cō·mundi·Sextum tunc est
eterne damnacionis·De quo Mathē vicesimoquinto tunc dicz
rex hijs qui a sinistris eius Discedite a me in ignem eternum
qui paratus est dyabolis et angelis eius·Septimum tunc est
plene beatificacionis De quo Ysaie·lx· Tunc videb et afflues
et mirabitur et dilatabitur cor tuum·Si quis igitur hec sep/
tē tūc sepius mēte reuolueret et huiꝰ mūdi fallacijs profecto
non deciperetur Tercium vocabulum quo tempus exprimi=
tur dicitur olim·qđ presertim preterita nob habet denotare·
Inter omnia autem significare nob debet beneficia dei que sus
cepimus ex quibus ad penitenciam inducimur in presenti·Ie=
deo cristus dicebat·Mathei vndecimo ve tibi corozaim ve tibi
Bethsayda quia si in tyro et sydone facte essent virtutes que
f·s·i·uo·olim·in·ci·et cili·p· egissent

De triplici obseruacione temporis·s·naturali superstitiosa et
virtuosa Capitulum tercium·

Tercium misteriū cōtēplanduz de tēpore dicitur obser=
uacō. Nam a multis diuersimode tēporis obseruatur.
Ideo triplex eius obseruacio notari potest. Prima di
citur naturalis. Scda dicitur supersticiosa. Tercia virtuosa
Prima est obseruacio naturalis. quando quis comedit bibit dō
mit suaqz negocia facit tpe debito. Sic agricole seruant tēp9
frumenta ferendo tēpore autūnali non estiuo. Naute seruant
tēpus nauigando cum venti adsunt secundi. Medici seruāt tē
p9 egrotis medicinas tpe oportuno mīstrando quia. Eccl. iij.
dicitur Omnia tep9 habent. Et. Ouidi9 li. i. de remedio amo/
ris. Tēporibus medicina valet. data tēpore prosunt. Et data
non apto tēpore vina nocent Secunda tēporis obseruacō di
citur supersticiosa de qua loquitur aug9 ī Ench. ⁊ ponit xxvi
q. vij. c. Quis existimet. Quis existimet inqt q̄ magnuz pecca
tū sit dies obseruare et mēses et ānos et tepora sicut obseruāt
qui certis diebus siue mensibꝫ siue āmis volunt vel nolūt aliqd
inchoare eo q̄ scdz varias doctrinas hominum fausta vel īfau
sta existimēt tēpora. Similiter reprehēdit obseruacō tēpor s
supsticiosa eadē causa et. q. i. c. Nō licz ī c. Si qs. et ī c. Nō obs
uetis. Quia inquit apostol9. Siue manducatis siue bibitis siue
aliquid aliud facitis in noīe dñi nostri ihesu xp̄i facite in q° vi/
uim9 mouemur et sum9. Modernis vero tēporibꝫ exasperandi
maxime sunt astrologi quidam q̄ omnium hominū facta scdm
astrorum regulaz iudicant esse regulanda. Quos aug. li. v. de
ci. d. c. vij. deridet sic exclamando. O singularem stulticiam. E
ligitur dies ut ducatur vxor. Credo ꝓpterea quia potest ī diez
non bonuz nisi eligatur incurri et infeliciter duci. Vbi est ergo
qd nascenti iam sidera decreuerunt? An potest homo qd ei iam
constitutū est diei electione mutare? Et qd ipse in eligendo diē
constituerit non poterit ab alia potestate mutari? Et paulo ī/
ferius sequitur. Aug9. si autem ꝓpterea valent ad has res di
es electi quia terrenis omnib9 corporibꝫ siue animantibꝫ secū
dum diuersitates temporalium momentoꝝ siderum posicō do
minatur considerent q̄ innumerabilia sub vno temporis punc
to vel nascantur vel moriantur vel inchoentur et tam diuer=
sos exitus habeant ut istas obseruacōnes cui vis puero riden
das esse persuadeāt hec ille. ⁊ reuera que omnia inchoāda aut
agenda persuadēt scdm mathematicorum dogmata non soluz
peccant verum eciam et sepius inueniunt se delusos. Nam ut
ego ipse noui astrologum quendam in ciuitate camerini q̄ vix

domū exire volebat absq; ānotatiōe curs⁹ sideꝝ ⁊ planetarū
Hic ut a fide dignis ī prefata ciuitate michi relatū ē oblatas
sibi vxores ꝑ plures ānos respuit qm̄ scd̄z suā astrologiā ñ vi
d̄batur sibi tp̄s salubre Tādē ut ip̄e dicebat scd̄z astrorū fauo
rē vnā accepit illāq; duxit cui p̄dicabat diu secū ī leticia uic
tuꝝ. dz vix ꝑ ebdomadam steterūt simt̄ et statim rixe discor
dieq; pestilētissime exorte sūt int̄ ip̄m ⁊ vxorē Et modico p⁹
tp̄e elapso vxor in infirmitatē cecidit et mortua ē. Astrologo
vero mētita ē vis sideꝝ Idē eciam societatē q̄ndā cū merca=
torib⁹ q̄busdā fecit et septīgētos florenos ad negotiādū ꝓ
p̄te sua deputauit Emerūt aūt mercatores maxīaz q̄ntitatem
croci Qd̄ cum vellent venecias destinare noluit astrologus
onerare mulos donec vidit per suam artem sibi astra blandiri
Fatebaturq; copiosum lucrum ex croco illo sibi ac sociis pro/
uenturum. Verumtamen cum ex Ancona nauis quedam croco
predicto aliisq; mercibus onusta discessisset flantibus contra
riis ventis tempestateq; inualescente naufragium passa est.
Qd̄ cum audisset astrologus nunquam deinceps astris crede=
re voluit. Ideo abstinendum est a talib⁹ obseruanciis et in oī
opere nostro diuinum est implorandum auxilium et inuocan/
dum nomen domini nr̄i ihesu xp̄i Quoniaz ut dicitur. xxvi. q. ii.
Qui sine saluatore salutem vult habere et sine vera sapiencia
existimat se prudentem fieri posse non sanus sed eger non pru=
dēs sed stultus in egritudine assidua laborabit et in cecitatis
noxia et clemencia permanebit Tercia obseruancia tempo=
ris dicitur virtuosa eorum scilicet qui cōsiderantes ea que dixi
mus cognoscunt tempus visitacionis sue. Hij siquidem duz il
lud habent conantur operari bonum audientes vocem dei de q̄
Paulus in epistola dicit Tempore accepto exaudiui te ⁊ ī die
salutis adiuui te. Ecce nunc scilicet in presenti vita tempus
acceptabile orandi ieiunādi pegrinādi plāgēdi et lacrimādi ꝓ
delictis aliena restituendi confitendi peccata satisfaciendi deo
et proximo. virtutumq; actus agrediendi propter que conse/
qui valebimus et in hoc seculo dei graciam et in futuro eius
leticiam in qua cum cristo regnabimus per omnia secula secu
lorum Amen

Dominica prima in quadragesima infra diem. De vita hoīs
scd̄m triplicis status consideracōz Sermo xxiii.

Non in solo pane viuit homo · Verba sunt ꝛ̄p̄ toris nr̄i originalit · Matħ · iij · c · et in euangelio hodierno · Naturale est aīmātibꝫ cūctis vt super omnia se vitāq; suam tueantur · Ideo Boecius in tercio de consolacoe ait · Omne nā q; animal tueri salutem laborat mortē perm= iciemq; deuitat · Habetur quippe vita ab hominibꝫ rationabilibꝫ carior ac preciosior cūctis rebꝫ · Pro illa etēq; conseruāda nulluz laborem refugiunt quelibet alia mala pacienter tollerant ⁊ solicitissime omnia oportuna remedia ipsaz vitā adiuuā cia excogitāt et muenīūt · Verumtamen nullo ingenio nulla vi nullaq; arte fieri potest ut non finatur et terminet² · Eaprop= ter elaborandum est ut illa acquiratur vita que meternum erit duratura qm̄ ut dicit saluator noster in verbꝫ premissis · Nō in solo pane viuit homo quia nō hec sola vita est que fustentat² materiali pane sed et alia longe felicior lōge melior lōgeq; diuturnior que reficit² beata visione dei · Cuz ergo paucissimi reperiantur qui ad illam desiderāda; suā mentē inflammēt · Apterea in hoc sermōe de vita hois erimus verba facturi quā cōsiderāda; ꝓponm⁹ sed; triplicē statum videlicet

Primo sed; statū natuē odite
Sedo sed; statū natuē elapse
Tercō sed; statū natuē beate

De vita hois sed; statū ei⁹ ante peccatū q̄ erat sine passiōe sine labōe ⁊ sine mortē di necessitate ⁊ obligacōne

Capitulum primū

PRimo considerāda proponit² hois vita sedm̄ statū nature condite siue innocēcie vel originalis iusticie ante p · q̄ primi parētes peccassent ⁊ in tali statu reperim⁹ triplicē cōdicōez humāe vite · Prima cōdicō dicit² impassibilitatis Sedā trāquillitatis Tercia imortalitatis Prima illius vite cōdicō dicit² impassibilitatis quia viuebat tūc homo sine passione nullumq; contrariuz euz ledere poterat · Unde · Isidor⁹ libro de trinitate quem · Magister · xix · di · ij · li · allegat sic m̄q̄t Si homo in paradiso innocēter viueret nec ignis euz vreret nec aqua mergeret nec aeris absencia suffocaret nec omnia q̄ nocēt mortalibꝫ impedirēt · Et · Aug⁹ · xiij · li · de ci · dei · c · xxvi · ait viuebat itaq; homo in paradiso sicut volebat quamdiu ħ volebat qđ deus iusserat viuebat fruens deo ex quo bono bonus erat viuebat sine vlla egestate semper ita uiuere habens in potestate · Cib⁹ aderat ne esuriret pot⁹ ne sitiret lignum vite ne illum senecta dissolueret · Nichil corrupcōis in corpore

vel ex corpore vllas molestias ullis eius sēsib⁹ īgerebat. Nul
l⁹ internus morb⁹ null⁹ ictus metuebatur extrinsecus. Sum=
ma in corpore sanitas erat in animo tota tranquillitas hec au
gustinus. Sed contra ista instare possumus et arguere multi
pliciter. Primo sic. Nulla dos corporis gloriosi cōpetere pote
rat corpori non glorioso. Sed corpus primorum pentum non e/
rat gloriosum quia corpus efficitur gloriosum per redundan/
ciam anime beate. Et anima p̄morum parētum non erat beata
quia non videbat essenciam dei. Ergo corporib⁹ ill' non potu=
it conpetere aliqua dos corporis gloriosi. Sed īpassibilitas ut
docent theologi. xlix. di. quarti. Dos est glorificatorū corpo=
rū. ergo dos talis in p̄mis parentib⁹ eē non potuit. Scd̄o āgu
itur. Quia sentire et intelligere ē quoddaz pati. Sed in statu ī
nocēcie homo sēciebat et ītelligebat. ergo paciebat². Tercio
arguit² quia om̄e molle naturalit' passibile ē a duro. Ergo si
corpori hoīs primi obiectuz fuisset aliqd̄ durū pateret² ab eo
Et sic fuisset passibilis. Ad primuz argumentū respondet.
Scotus di. xix. scd̄i li. Q̄ īpassibilitas sumitur dupliciter. Que/
dam est que p̄uat et potēciā et actuz paciendi. Et hec dos est
corporū glorificatorū que nec paciuntur nec pati possūt. Et h̄
non fuit in parentib⁹ primis. Quedā vero est impassibilitas q̄
p̄uat actuz et non potēciam et hec enim est dos que fuit in ho=
minib⁹ conditis quoniā licet possēt pati tamē q̄mdiu diuinum
seruassēt imperium nunq̄ passi fuissēt. Ad scd̄m obiectum re=
spondet sanct⁹. Tho. pte. i. q. lxxxxvij. Q̄ passio dicitur dupli/
citer vno modo ꝓp̄e Et sic pati dicitur qd̄ a sua naturali dispo
sicōne remouetur. Passio enim est effect⁹ actionis. In reb⁹ au
tem naturaliter cōtraria agunt et paciunt² admuicē quorum
vnū r̄mouet alterū a sua naturali disposicōe. Et sic di. Dama.
Q̄ passio est mot⁹ preter naturam. Alio modo dicit² passio ꝯ/
munit' scd̄m q̄mcunqz immutacōz eciam si pertineat ad perfec
tionem nature. Et sic intelligere et sentire et huiusmodi que
ordinantur ad bonuz nature largo modo dicuntur passiones.
Cum aūt dicitur q̄ erat homo impassibilis intelligendum ē q̄
homo non paciebatur passione p̄mo modo dicta. Ad tercium
argumentum respondet prefatus doctor. Q̄ in illo statu pote
rat homo preseruare corpus ne pateretur ab aliquo duro par
tim quidē per propriam racionem per quam poterat vitaē no/
ciua. partim eciam per diuinam prouidenciam que sic ipsuz tu
ebatur vt nichil ei occurreret ex improuiso a quo lederetur.

(Act⁹ g̊ cuiuscūqz agentis

contrarij in corpus hominis fuisset impeditus ne illud le/
deret a potencia dei. Ipsa equidem suspendit vim ignis vt
non offenderet non vreret nec calefaceret tres pueros mis=
sos in fornacem succensam nimis iussu. Nabuchodonosor vt
patet. Danielis tercio. Similiter sanctissima virgo. Agnes
flammis mixta nichil nocumenti passa est. Et. Johannes e/
uangelista iussu domiciani crudelissimi. Rome in dolium
feruentis olei missus diuina se protegente gracia illesus
exiuit. Quibus exemplis et similibo manuducimur ut vera
esse indubitanter credamus ea que dicuntur de impassibili
tate hominis in statu innocencie. Secunda condicio vite
hominis in statu nature condite dicitur tranquillitas. Viue
bat equidem in tranquillitate in quiete absq; aliquo pe/
nali labore. Non erat ei opus fodere terram serere cam=
pos. colere agros plantare vineas. construere domos per/
agrare prouincias. nauigare maria. textere linum aut la/
nam vel alia facere que cum sudore a nobis fiunt ut vita
nostra misera sustentetur. Habitabat in paradiso delici/
arum vt inquit. Damascenus libro secundo. Et Augustin9
decimoquarto de ciuitate dei vbi aeris puritas et serenitas
aderat. vbi hum9 sponte suos fructus gignebat. vbi ani
malia et volucres celi homi deo obedieti obediāt Et si dicere
tur q; Genesis secundo dicitur. Q; deus posuit eum in pa
radiso voluptatis ut operaretur. ergo posset dici q; posu/
it eum ad laborem. Respondet. Augustinus super. Ge=
nesis. Qd operacio illa non laboriosa. non tediosa sed so/
lacios a et delectabilis erat qualis nunc esse solet in his
qui plantulas quasdam irrigant aut flores colligunt.
Tertia condicio vite hominis statu nature condite dici/
tur immortalitatis. Erat enim absolutus homo ab obliga
cione mortis quam propter peccatum in obediencie incur
rit. Vnde. Augustinus in questionibus noui et veteris te
stamenti. Inqt Deus hominem fecit qui quamdiu non pecca/
ret immortalitate vigeret. Et libro decimotercio de ciuita
te di. c. iij. ait. Fatēdū ē pmos hoīes ita fuisse istitutos ut si ñ
peccasset nullū gen9 mortis expirent2 ꝫ eosdē pmos pies ita
fuisse mōte mulctatos vt q̄quid eorū stirpe eēt exortū eadē
pena teneretur obnoxiū. Pro magnitudine q̄pe culpe illius
naturā dānacio mutauit in peius vt qd̄ penalit' p̄cessit in pec
cantibo primis hominibo naturaliter sequeretur in nascentibo

ceteris·Si autem diceretur quomodo poterat corpus illud ex elementis cõtrarijs compositum in dissolubile permanere cum compositum ex contrarijs naturaliter sit dissolubile quia ut·dicit·auicenna contraria semper appetunt ire in regio/nes contrarias respondet hugo libro de sacramentis dicens q̃ in paradiso celesti homo potest non peccare et non potest peccare potest non mori et non potest mori quia ibi est peccandi et moriendi ommmoda impossibilitas·Et in mun/do potest homo peccare et non potest non peccare·potest mori et non potest non mori quia est ibi peccandi et morien/di necessitas·In paradiso vero terrestri homo potuit pec=care et potuit non peccare potuit mori et potuit non mori ita q̃ in eo fuit moriendi et peccãdi possibilitas sine necessita=te·Sanct⁹ autẽ·Thomas in prima pte questione nonagesima septima dicit·q̃ aliquid potest dici incorruptibile tripliciter vno modo ex pte materie eo scilicet q̃ non habet materiaz si cut angelus·vel habet materiaz que non est in potencia mis ad vnaz formã sicut corp⁹ celeste et hoc dicitur incorruptibi le secõm naturam·Alio modo dicitur aliquid incorruptibile ex parte forme quia scilicet rei corporali inheret aliqua dispositio per quam totaliter a corrupcione prohibetur· Et hoc dicitur incorruptibile secundum gloriam quia vt dicit·Augustinus in epistola ad dioscorum·Tam poten=ti natura fecit deus animam vt eius beatitudine redunde in corpus plenitudo sanitatis et incorrupcionis vigor Ter cio modo dicitur aliquid incorruptibile ex parte cause ef/ficientis·Et hoc modo in statu innocencie fuisset incor/ruptibilis homo et immortalis quia vt Augustinus dicit in questionibus noui et veteris testamenti·Immortalitas illa erat secundum vim quandam supernaturalem in ani=ma residentem non autem per aliquam dispositionem cor pori inherentem ita q̃ mors et corrupcio hoñi nõ nocuis/set q̃ deus ita statuerat·Ideo·d·adhuc aug⁹·li·d baptismo puulorũ fiebat ordo iusticie ut sicut anima dño suo ita corp⁹ ei obediret·O dãnosa transgressio·O grauis inobediencia pri morũ parentũ q̃ et ipsi et nos cũ eis illius status omnia iura perdidim⁹·

De vita hois scdm statū eius p9 lapsum·et qualiter prolō/
gata fuit vita hoim ad multos ānos et ante et post diluuium
et modo abbreuiat2

Capitulum ·Secundum

Secundo cōsideranda ꝓponit2 hois vita scdm statū na-
ture lapse·Et quantuz ad ꝓpositū spectat tria de illa
inquirere debem9·Primū dicit2 prolongacio·Secūdū
dubitacio·Terciū abbreuiacio Primuz de vita homis inqui-
rendum dicitur ꝓlongacio·Naz licet post peccatum data sit
plena ptās hoīende morti ut cūctos hoies vita ꝑuaret Tam
de multis legim9 q longissimis annis vixerūt·vñ·geñ·v·ha
betur·Q adam vixit annis nongentis triginta·et seth nongē
tis duodecim·et enos nongētis quinqz· et chaman nongētis
sexaginta quinqz·et iareth nongētis sexaginta duobz· z ma
thusalem nongentis sexaginta nouez·Sed ō hjs annis apud
plerosqz satis dubitatū est·An tales fuissent quales z nūc fūt
ām nostri·Nam inquit·Augustim9·li·xv·de ciuitate dei· Pli/
nius secund9 cū audisset homies ad tot annos peruemisse hec
omnia in sciencia tēporū venisse ē arbitratus imēns quosdaz
termimasse annū estate alios hyeme·Archades trium mensiū
annos habuisse·Egipcios quatuor·Lauinos tredeciz· Anar
canas sex·Ex hoc quidam dicere voluerūt q decez anni illius
temporis accipiuntur pro vno anno nro volentes q nongē/
ti anni ex ill' essent ex nris nonagīta·Verūtamē falsū eē ostat
quia ut ex codicibz hebraicis colligitur cētuz triginta anno
rū erat·Adam quando terciū filiuz genuit qui anni scdz illos
tredecī ex nris essent Et hō tredeciz ānorū nō potuisset filios
generare·Sz omittam9 Adaz q fortasse eciam quādo creat9
est potuit·Quid de·Seth scdm hebreos erat centumquinqz
ānorū quādo genuit enos ac per hoc nōdū habebat·xi·ānum!
Enos vero septuaginta ānorū erat quando genuit malahel·
et sic erat·vij·ānorum·Quis homo septēnis generat si tūc ām
septuaginta nuncupant2 q septem fuerūt! Et ꝓpterea dici/
m9 cū prefato·Aug9·q tales erant tūc ām ql̄es et nūc q ꝑ/
bari potest via triplici·vz·Primo auctoritate·Scdo racione·
Tercō experiēcia·Primo ꝓbat2 auctoitate Nā·xiiij·pfati·li·
aug9·inducit scipturā·d·Sexcētesimo āno vite Noe mīse·ij·die

xvij· mensis rupti sūt oēs fōtes abissi magne· Et iterū· Geñ·
viij· Reqeuit archa mēse septimo· xxvij· die mensis sup mon/
tes Armenie At vero aque ibāt et decrescebant vsqꝫ ad deci
mum mensem et post subditur· Sexcentesimo primo anno
vite· Noe primo mense prima die mensis imminute sunt
aque supra terram· Ex quibus verbis aperte deducitur
ꝙ inter sexcentesimum annum et sexcentesimum pri /
mū vite· Noe fluxerūt menses xij· Scdo ꝓbat' ꝙ āni illi ta /
les erant q̄les sūt nr̄i racōe· Josephus enim in· i· antiq̄tatū li·
asserēs· Jero· egiptiū· berosiū caldeuz· et manetā in li· quos d̄
antiq̄tate scripserūt de āmis illis cōcordare nobiscum inducit
racōes q̄sdam ꝑsuadentes hoīes antiquos potuisse tā diu viuē
Et has racōes assūpsit sibi Nico· d̄ lira sup· v· c· geñ·· Prima
racō sumitur ex bonitate ꝯplexōis p̄morū pentum qui fuerūt
a deo īmediate formati et per cōsequēs optīe ꝯplexionati et
sic ad lōgiorē vitā dispositi Et illa bōitas ꝯplexiōis magis ve
nit ad hoīes ꝓpīquos illi⁹ tp̄is q̄ ad r̄motos tp̄is moderni Se
cūda racō sūit' ex modo tp̄ate viuēdi ut enī diximꝰ ī s̄mōe d̄
ieiunio Victus sobrius facit ad corporis sanitatē ⁊ p ꝯsequēs
ad conseruaciōem et ꝓlongacōem longioris vite· Tercia ra/
cio sumit' ex bonitate nutrimēti quia ante diluuiuz terre nas
cēcia fuere meliora q̄ pꝰ quia mundacio diluuij fuit ꝓ maio
ri parte ex aquis oceani sulsis que inducūt sterilitatē terre ⁊
per consequens reddunt peiora terre nascencia ex quibus bre
uiatur vita hominis Quarta racio sumitur ex perfectione
sciencie· Ade qui cognouit virtutes fructuum herbarum lapi
dum preciosorum et omnium rerum naturalium que faciunt
ad conseruandam sanitatem et vitam prolongandam et de
hoc docuit homines illius temporis· Quinta racio sumitur ex
bono aspectu siderum super regionem illam in qua manebant
quia aspectus multum facit ad longitudinem vite· Sed
per motum celi continuum mutatus est tempore proce:
dente· Sexta racio sumitur ex disposicione diuina hoc or
dinante ut per longam vitam hominum multiplicaretur
genus humanū Tertio probatur ꝙ illi āni tales erant quales
sunt nostri experiencia· Nam ut inquit augꝰ· octauo capitulo
libro decimoq̄nto d̄ ciuitate dei· Non potuissēt tot homīes ex
vno adhuc uiuente per ordinata coniugia et honesta ma/
trimonia multiplicari nisi illius vita fuisset diuturna· ut
enī di· Mgr̄ historiarū sup c· x· geñ· phi· ī libro· q· sup genes

narrat q̄ ex tribꝰ filijs. Noe adhuc eo viuēte pꝰ diluuiuz nati
sunt vigintiq̄tuor milia virorum et centum extra mulieres et
paruulos. vixit quippe. Noe post diluuiū annis trecentis qñ
q̄ginta et fuere omnes anni vite eius nongenti quinquagin=
ta ut patet geñ. nono capitulo. Dicit eciam augustinꝰ vbi su
pra. Q̄ ex vno abraham non multo amplius quadringentis ā/
nis numerositas hebree gentis tāta procreata est ut in exitu
eiusdem populi ex egipto sexcenta milia hominum fuisse refe
rantur bellice iuuentutis Secundū inquirendū de vita homīs
lapsi dicitur dubitacō. Dubitant namq̄ q̄dā utrū pꝰ diluuiū
vixerīt homīes vltra centum et. xx. ānos propter verba q̄ ge
neꝭ. ix. dixit deus ad Noe. Non permanebit inquit spūs meus ī
homine quia caro est. Erūtq̄ dies illius centū viginti annorū
Et respondet augꝰ. c. xxiiij. li. de ciuitate dei superius allega/
ti. Q̄ iste non fuit terminꝰ humane vite post diluuiū ꝫ termīꝰ
assignatus ad penitēciā hijs qui ī diluuio erāt perituri Et vt
testatur magister in historia scolastica. Deus dixit illa verba
ante ānos xx. q̄ cepisset archa fieri que legitur facta ī centū
ānorū spacio vel scdz strabū eo anno dixit dꝰ v̄ba illa qᵒ cepit
archa fieri. Sz quia in malicia perseuerauerūt ante prefixum
terminum s. anno centesimo deleti sunt. Q̄ eciam post diluuiuz
vixerūt hoīes supra centuz et viginti ānos patz ī scriptura vt
enim habetur geneꝭ vndecimo capitulo. Sem centum annorū
erat qñ genuit. Arphaxat biennio post diluuium et post vix/
it annis quingentis quinquagintaquatuor. Thare vixit annis
ducentis quinq̄. Et geneꝭ vicesimoquinto habetur. Q̄. Ha=
braam vixit annis centum septuagintaquinq̄. Isaac eciam
vixit annis centum octuaginta ut patet geneꝭ tricesimoquin
to. Et sic inuenti sunt quamplures alij qui post diluuium vixe
runt vltra centū. xx. annos Tercium inquirendum de vita
hominis lapsi dicitur abreuiacio. Nam omissis illorum tempo
rum que preterierunt condicionibus considerare debemus q̄
fragil' q̄ debilis q̄ ve breue sit vita hominuz temporis nostri
vix vnꝰ reperitur e mille qui centenarium ymo octogenariuz
aut sexagenarium numerū attingat annorum Deficit nēpe ut
in pluribꝰ nimis repente vita Quisnam non videat quot quoti
die infantes quot pueri quot adolescentuli robustissimi iuue/
nes et decore puelle cum luctu et lacrimis ducantur ad
sepeliendum ! O vana spes. O deceptrix fiducia eorum
qui confidunt in iuuentute in diuicijs in magnificencijs

et similibꝫ honoribꝫ dñijs et solacijs · Pretereũt nãq̃ oĩa ista velut vmbra oĩm vita breuissima ẽ · Faciant homines quicq̃d velit vt ad senectutẽ attingant et in etate decrepita moriãt⁹ adhuc satis angustum satisq̃ breue videbitur sapientibꝫ oĩne temp⁹ vite huius

¶ De vita hoĩs ĩ btitudine q̃ erit cũ plena sacietate absq̃ ad/ mixtione cuiuscũq̃ cõtrarij et cũ perpetuitate.

¶ Capitulum tercium

Tercio consideranda ẽ vita hoĩs scd̃z statum nature beate · qm̃ tãdem illa sola desideranda est illa amabil' illa denq̃ omni studio perq̃renda · Pro illa solicitatissime est cogitandum que vere vita est In qua potissime tres cõdi/ cões excellentissime reperiuntur · Prima dicit⁹ sacietas · Scd̃a puritas · Tercia eternitas Prima excellentissima condicõ vi te beate dicitur sacietas quia in illa ex plena omnium bonoruz participacõne plene saciabitur anim⁹ scd̃z illud psal · Saciabõ cũ apparuerit gloria tua · Et de hac sacietate copiosius disse/ rem⁹ in sermone de beatitudine in libro de virtutibꝫ Scd̃a c dicio excellentissima vite beate dicitur puritas quia pura erit et munda ab oĩni malo siue ab omni cõtrario · vñ Jo · apocal' · xxi · de beatis sic ait Absterget deus omnem lacrimaz ab ocul' eoruz et mors vltra non erit neq̃ luctus neq̃ clamor neq̃ do lor erit vltra · Et · vij · c · idez ait Non esurient neq̃ sitient ãpli⁹ neq̃ cadet super illos sol neq̃ vllus estus Tercia condicõ ex cellentissima vite beate dicitur eternitas · vita namq̃ illa dura bit in eternum et non deficiet Propterea sic pulchre in scrip/ turis sanctis noĩatur eterna vñ ij · Machabeorum septimo ca/ pitulo · Rex mundi defunctos nos pro suis legibꝫ in eterne vi te resurrectione suscitabit · Et sapiencie v · Justi autem imper- petuum viuẽt · Et primo petri · v · Deus omnis gracie vocauit nos in eternã gloriã suã · Et ij · capitulo primo · Abundant' mi nistrabitur nob̃ introitus in eternum regnuz domini nostri et saluatoris ihesu cristi · Et ad · Gal · sexto · Qui seminat in spitu d̃ spũ metet vitam eternã · Et · Johis tercio cristus dicit · Sic deus dilexit mundum ut filium suum vnigenitum daret vt omnis qui credit in illum non pereat sed habeat vitam eter/ nam · Et sexto capitulo · Hec est voluntas patris mei qui mi- sit me ut omnis qui videt filium et credit in eum non pereat sed habeat vitam eternam · Et decimo capitulo · Oues mee vo cẽ meã audiũt ⁊ ego agnosco eas ⁊ sequunt⁹ me et ego vitam

eternam do eis. Et Math. xix. Omnis qui reliquerit domū vl' fratres aut sorores aut patrē aut matrē aut vxorē aut filios aut agros propter nomē meū centuplū accipiet et vitā eter/naz possidebit. et Math. xxv. Ibunt hij in supplicium eternuz iusti autē in vitā eternam. Mirum certe cur tāta sit multoruz vecordia ymo insipīa qui tā mira tam alta tamqz iocunda audientes de beata vita ad eam ꝓperare non cogitāt. Nam si tāta faciunt pro conseruacōe vite pñtis cur eciam eadē et similia facere recusant pro adepcōe future vite? Hec vita laboriosa ē illa deliciosa. Hec inquieta illa tranquilla. Hec instabilis illa firma hec peiculosa illa secura hec dubia illa certa hec pericul' plena illa pericula non formidans hec cōmunis bonis et malis illa ꝓpa tātum bonorum Hec tandem breuissima momentāea et caduca illa vero ut diximus ꝑpetua et sempiterna. O igitur damnabil' reprehensibilisqz imprudēcia hominū huius seculi qui tantū procurāt panē ut viuāt uiuant īquā ad modicū et q̄ si nichil ⁊ non querūt virtutes non penitenciam non bona opera per que viuere possint vita illa beata perenni īquit cristus Non in solo pane viuit homo quia non hec sola vita est magnifacienda cui panis est necessarius sed alia exquirenda in q̄ deus presencia sue claritatis pascit intuencium omnium tam angelorum quam hominum desideria et appetitus vbi omnes pariter collaudabimus ipsum deum fontem bonorum omniuz qui sit benedictus per infinita secula seculorum Amen

Feria secunda post primam dominicam in quadragesima De veritate tremendi iudicij contra eos qui de illo male sentiunt ¶ Sermo xxiiij.

Cum venerit filius hominis in maiestate sua et omnes āgeli eius cum eo tunc sedebit super sedem maiestatis et congregabuntur ante eum omnes gentes. Saluatoris nostri verba sunt ista originaliter. Math. xxv. c. et in euangelio hodierno. Diem terribilem vltimi iudicij consideran/tes satis superqz timere debemus ne simul cum damnatis et dyabolis proiciamur in ignem eternum. Sunt tamen multi qui letantur cum male faciunt et deum non timent ac homines nō verentur qui credere nolunt ꝙ filius hominis venturus sit ad iudicandum omnes racionemqz ab omnibus exigendam. Ea propter vt ait. aug⁹. libro xx. de ciuitate dei capitulo p̄mo. De die vltimo iudicij dei qd̄ ipe donauerit locuturi eūqz asserturi adūs⁹ īpios ⁊ īcredulos tāq̄ ī hedificij fūdamēto p̄⁹ ponē

debem⁹ testimonia diuina. Hec ille. In hoc itaq; sermone de/
fudabim⁹ omni igemo vincere curiosos incredulosq; cōfund̄
re quibꝫ veritatem iudicij per sanctarum scripturarum sacro=
rūq; doctorū dicta dilucida oñdem⁹ Et ut ordinate veniam⁹ in
cāpum notabim⁹ in hoc sermone triplex testimoniū quo ꝓba
tur futurum vlle iudicium

Primū ē patrū ⁊ ꝓphetarū
Scd̄z xp̄i et apostolorū
Terciū eccl̄ie ⁊ doctorū
Ca. p̄mū

Q oēs p̄res ac ꝓphe veteris te/
stamēti diuīt⁹ īspirati p̄dixerūt
xp̄z eē vēturū ad iudicādos vi
uos et mortuos

PRimum testimoniū quo probatur futurum iudicium
vniuersale dicitur patrū et ꝓphetarū. Et licet Aug⁹.
quinto capitulo prefati libri. xx. de ciui. dei dicat pri⁹ e
legenda esse testimonia noui testamēti quam veteris quoniaꝫ
quamuis vetera priora sint tempore noua tamen anteponēda
sunt dignitate. verū in hoc dicendi genere michi pl⁹ satisfa=
cit ut a veteris testamenti pagina sumam originem. Ideo au
diamus quid ibi ponitur d̄ iudicō. Geñ. xv. c. De⁹ ad abrahā
loquēs ait. Ego iudicabo. Et deutro. xxxij. Judicabit domin⁹
populum suum et in seruis suis miserebit⁹. Et Job xix. Fugi=
te a facie gladij q̄a vltor iniq̄tatū gladi⁹ est et scitote esse iu/
dicium. Et .i. Regū. ij. Domin⁹ ascendit in celos et intonuit ⁊
ipse iudicat orbem terrarum et psal. ix. Parauit ī iudicō thro
num suū et psal. lxxi. Judicabit paupes populi. ⁊c̄. et ca. ix. Ju=
dicabit in nacōibꝫ implebit ruinas ⁊c̄ et prouer. xxij. Judica/
bit domin⁹. Et. xxix. A dño egredietur iudiciuꝫ singulorū. et
Eccl'. iij. Justum et impiū iudicabit domin⁹ et temp⁹ omnis
rei tunc erit et Sapiencie. iij. Fulgebunt iusti et tāquam scin=
tille ⁊c̄ et Judith xvi. Ve genti insurgēti super gen⁹ meuꝫ do
min⁹ enim omnipotēs iudicabit in eis in die iudicij visitabit il
los. Et Isaie. iij. Stat ad iudiciuꝫ domin⁹ et stat ad iudican/
dos populos domin⁹ ad iudiciū veniet cū senatoribꝫ ꝓpl'i sui et
p̄ncipibꝫ eius et xi. c. Nō scd̄z visiōeꝫ oculorum iudicabit neq;
scd̄m auditū auriū arguet ꝫ iudicabit in iusticia paupes ⁊ ar.
ī eq̄. ꝓ. mā. terre et ꝑcuciet terrā v̄ga oris sui et c. xiij. Ecce
dies dñi veniet crudel' ⁊ indignacōis plenus et ire furiosisq; ad
ponendam terrā in solitudine et peccatores eius cōterendos d̄
ea. Et. libro ca. brachia nostra populos iudicabūt ⁊ ezechiel'
septimo Judicabo te iuxta vias tuas ⁊ dañ vij. Judiciū sedebit

Et Joel'·ij·Conturbentur omnes habitatores terre quia ve/
nit dies domini quia prope est dies tenebrarū ⁊ caligims di-
es nebule et turbinis·et Michee·iiij·Judicabit populos mul/
tos et corripiet gentes fortes·Et sophonie·i·Juxta ē dies do/
mini magn⁹ iuxta et velox nimis·Dies ire dies iua dies tribu
lacōis et angustie dies calamitatis et miserie dies tenebrarum
et caligims dies nebule et turbinis dies tube et clangoris su/
per ciuitates mumtas et super angulos excelsos et tribulabo
homines et ambulabunt ut cecí quia domino peccauerunt et
effundetur sanguis eorum sicut hum⁹ et corpora eorum sicut
stercora·Sed et argentum eorum et aurum eorum non pote/
potest quod sapiēs ait Prouer. xxix. Omnes homines pestilen
tes dissipant ciuitatem. Et vt idem ait. xj. c. in benedictōne iu
storum exaltabitur ciuitas. q̄ ore impiorum subuertet. Impij
equidem q̄ parciales non reipublice sed ꝓpe vtilitati semp in
uigilant Contra quos ait Cassiodorus li. iij. epistolarum. ssa
bilissimi ciuis est patrie sue augmenta cogitare. q̄ Tullius in
primo de officijs. Omnino qui reipublice prefūt seruent duo
precepta Platonis. Vnum vt vtilitatem ciuium sic tueantur.
vt quecūq; agunt ad eam referant obliti ꝺmodum suorum.
Alterum vt totum corpus reipublice curent nedū ptē aliquā
tueantur relicquas deserant. Vt enim tutella. sic procuratio

reipublice ad eorum vtilitatem qui ꝯmissi sunt non ad eorum
quibus cōmissa est gerenda est. Qui autem parti ciuium cōsu
lunt partem negligunt. rem perniciosissimā in ciuitatez indu
cunt sedicionez atqꝫ discordiam. Hinc apud athenienses mag
ne discordie orte. et in nostra re publica nō solum sediciones
sed eciam pestifera bella ciuilia. que grauis ꝛ fortis ciuis in re
publica dignus principatu fugiet atqꝫ oderit. tradetqꝫ se to
tum reipublice neqꝫ opes aut potenciā ꝯsectabitur. totamqꝫ
eam sic tuebitur vt omnibus consulat. necnō criminibꝫ falsis
in odium aut inuidiam vocabit. omninoqꝫ ita iusticie honesta
tiqꝫ adherescet vt ea conseruet quamuis grauiter offendat.
mortemqꝫ appetat pocius quā deserat illa que dixi Miseria om
nino est ambicio. honorūqꝫ intencio. de qua preclare est apud
eundem Platonez. hec ille. Nam et antiqui romani eciaz ꝓpter
rempublicā domesticas iniurias dissimulabāt Vnde Valerius
Maximus. li. iiij. Rubrica de moderacione. Stagippus teciates
hortantibus amicis vt grauem in administracione reipublice
et emulum sibi vehementer aduersarium. sed alioquin ꝓbum
et ornatum virum qualibet racione vel tolleret vel submoue
ret negauit se facturū ne quem in tutelam patrie bonus ciuis
locum obtineret. malus et improbus occuparet. seqꝫ vehemē
ti aduersario vrgeri. quā patriam egregio aduocato carere
preoptauit. In eodem li. Valerius rubrica. Qui ex inimicis iū
cti sunt amicicia aliud refert exemplum. Emilius inquit. Lepi
dus bis consul et pontifex maximus splendoreqꝫ horum par vi
te grauitate diutinas inimicicias cum fuluio flacco eiusdē am
plitudinis viro gessit quas simul vt censores renunciati sunt
in campo deposuit existimans eos nō oportere priuatis inimi /
cicijs dissidere qui publice summa iuncti essent potestate O dā
nosum virus in ciuibus ytalie a dyabolo disseminatū Jamiam
vbiqꝫ parcialitates habundāt ꝓpter quos omne bonum pub
licum penitus destructum est et euersum omnisqꝫ iusticia con
culcata est et abiecta. Tercia est discordia importabilis so
cietatis eorum qui insimul conueniunt aut in vna domo aut in
vicinia. aut in religione. aut in aula principis. aut in quocūqꝫ
collegio q̄ discordant. nec vnus alium recto oculo respicere va
lent. eo ꝙ nesciūt seruare regulam Pauli dicentis ad eph. iiij.
Cum omni humilitate et mansuetudine cum paciencia suppor
tantes inuicem in caritate solliciti seruare vnitatem spiritus
in vinculo pacis. O infelix temporis huius condicio in qua ad

modicuz tolerare socius nescit sociū·frater fratrem· ꝓximus ꝓximū suuz Vir domus reperitur in qua non regnet diabolus discordie Vir eciam ut sic dicam aliqua ꝯgregacō eorum qui vocantur iusti·Vbiqꝫ secte vbiqꝫ dissensiones vbiqꝫ voluntatum ⁊ animorum ꝯtrarietates O quantos decipit presumpcō propria ⁊ suipsius elata opinio qui dum suas discordias ymo et odia ignita ꝯsiderant formant sibi ꝯscientiam debentqꝫ zelo et caritate odire ac discordare·Taceo quod scio quod vidi quod ve quotidie de multis qui sancti reputant̄ experior Vnū dico Quod vbi ꝯcordia non est non habitat ipse xp̄c Dixit em̄ Math·xviij·Vbi fuerunt duo vel tres congregati in nomine meo in medio eorum sum Et ecc̄i·xxv·Sapiens notabil̄r est locutus In tribus inquit beneplacitum est sp̄ui meo que sūt gracia coram deo ⁊ hominibus Amor fratrum·Contordia proxiorum Vir et vxor bene sibi ꝯsencientes·

Nd discordia offendit omne bonum hominis Sp̄uale scz Corporale et Temporale ¶Capituluz·iij·

Tercium misterium declarandū de discordia dicit̄ offensio·Offendit namqꝫ discordia tria desiderata bona Primum bonum spirituale Secundū bonuz corporale Tercium bonum temporale Primum bonuz quod offendit discordia dicitur sp̄uale bonum scz anime·Nam nullum est peccatum adeo graue ꝙ discordantibus nō fiat facile Ex illa siquidem ꝓuenerunt ire rixe odia inimicicie ⁊ lites ꝯtenciones mendacia periuria blasphemie homicidia obstinacōes ⁊ ꝯtemptns sacramentorum ecclesie·Propter illam pleriqꝫ per annos et annos nec confiteri nec ꝯmunicari curant·Propterea figurata ē discordia per bestiā de qua Johs apoc·xiij·ait Vidi de mari idest de amaro corde discordanciū bestiam ascendentez idest discordiam habentem capita septem·idest septē capitalia vicia·et cornua decem·idest transgressionez decem p̄ceptorū Et super cornua eius dyademata decem·idest gloriaz de malo·qm̄ discordantes et parciales letantur in malis suis Secundū bonum quod offendit discodia dicitur corporale·Facit namqꝫ discordia cor discordantiū triste Et vt dicitur prouer·xvij·Animus gaudens etatem floridam facit·Spiritus tristis exicat ossa·Et ecc̄i·xxix·Iocunditas cordis h̄ est vita hominis·Et iteruz ibi·Ante tempus senectam adducit cogitatus Terciū bonū quod offendit discordia dicit̄ temporale Vt em̄ Salustius ait in iugurtino Concordie parue res crescunt discordia maxime

dilabuntur ⁊ Tulius de amicicia Que domus tam stabilis que
ciuitas tam firma est que non odijs et dissidijs funditus possit
euerti. Patet hoc per experienciā in romane reipublice desola
cione. Cur destructa. Cur desolata. Cur ad nichilum deducta
romanorum gloria atq; potencia. Fatua certe falsaq; fuit opi
nio eorum qui dixerunt Romaz defecisse. eo q̄ ibi acceptatus
sit cultus xp̄i. ob quod indignati ipsorum dij ciuitatem ipsaz
odio graui sunt persecuti. Et licet Aug. satis copiose contra
sic dicentes disputet in li. de ciui. dei. Tandem non desunt poe
te et hystoriographi qui dicunt romanorū regnum amplissi
mum fore deperditum ꝓpter ciuilia bella Propterea Lucanus
in principio primi sui libri sic cantat Bella p emathios plus
quā ciuilia cāpos. iusq; datū sceleri canimus. populūq; poten
tem in sua victrici conuersū viscera dextra. Cognatasq; acies
et rupto federe regni. Certatum totis concussi viribus orbis.
In comune nefas in festis obuia signis Signa pares aquilas
et pila minaucia pilis. Quis furor o ciues. que tanta lnīa ferri
Gentibus in visis lacium p̄bere cruorez. Cumq; superba foret
babilon spoliāda tropheis. Ausonijs. vmbraq; erraret crassus
multa. Bella geri placuit nullos habitura triumphos. Heu
quantum terre potuit pelagiq; parari. Hoc quez ciuiles hau
serunt sanguine dextre. Vnde venit titan et nox vbi sidera fū
dit. Quaq; dies medius flagrantibus estuat horis. Et q̄ bru
ma rigens et nescia vere remitti. Astringit scithicum glaciali
frigore pontum Sub iuga iam seres iam barbarus ijsset aras
ses. Et in. ij. li. Idem ait. Summum brute nephas ciuilia bella
fatemur. Qui igitur considerat romane vrbis interitum. de q̄
dicitur. Roma quāta fuit ipsa ruina docet. Facile cognoscere
poterit quanta sit discordie vis ad nocendū. ad perdenduz. ad
destruendum. et anichilandum omne regnuz. Sed adhuc no
bis se offerunt exempla tot florentissimarū ciuitatum italie ī
quibus videntur palaciorum ruine. desolaciones viarum ⁊ pla
tearum paucitas populoruz. ⁊ p̄stine dignitatis ac felicitatis
antique omnimoda diminucō. O bononia studiorum mater. O
ianua regine maris. O Parma. O esculum. O placencia. O assi
sium. O viterbium. O alie ciuitates et terre que discordijs et
parcialitatibz locum dedistis Vbi est gloria vestra Vbi popu
li multitudo. Vbi antique diuicie. O discordia maligna. O dis
cordia detestanda. ꝓpter illam nempe ciuis insurrexit in ciuez
frater in fratrez. amicus in amicum. ⁊ platee ciuitatū hūano

sanguine sunt madefacte atq; in dies ciuitatuz condiciones deteriorate eo q; omne regnum vt dictum est in principio in seipsum diuisum desolabitur. a qua desolacione liberet nos xp̃us ihesus deus dei filius. qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat. per infinita seculorum secula Amen.

¶ Feria secunda tercie ebdomode in quadragesima de diuiciis. a quarum cupiditate amoreq; inordinato retrahendi sunt penitentes qui cupiunt eternas et celestes diuicias possidere

¶ Sermo. xl.

Tecerunt illum extra ciuitatem. Scribuntur hec verba originaliter Lu. iiij. c. et in euangelio hodierno. horribile satis est audire q; nazarem eiecerunt xp̃m foras materialem ciuitatẽ. sed multomagis detestabile est. q; xp̃iani ip̃m de suo corde repellant. Et licet multa sint vicia atq; peccata. ꝓpter que xp̃s a multis contemnitur. verũtamen vnum est satis generale auaricia. s. ꝓpter quaz pauci sunt odie qui xp̃m velint habere. Vt enim dicitur Jere. vj. c. A maiore vsq; ad minorẽ omẽs studẽt auaricie. et a ꝓpheta vsq; ad sacerdotem cuncti faciunt dolum. Est autem auaricia inmoderatus amor pecunie. vt dicit Aug. per pecuniam intelligẽdo quecũq; temporalia bona que possidere possunt. ſam. j. q. iij. c. Totum dicitur. Quicquid homines habent in terra omnia quorũ domini sunt pecuia est. ꝓptereа vt homines ad veram penitenciã per diuiciaz cõtemptum peueniant in p̃senti sermone de diuiciis eximus locuturi. in quo tria misteria erunt declaranda.

Primum dicitur damnacõ
Secundum condicio.
Tercium malignacio.

Qui amor inordinatus diuiciarum reprehenditur et damnatur verbo et exemplo. tam a sanctis quã a ꝓphis moralibus.

¶ Capitulum j.

Primum misterium declarandum de diuiciis dicitur damnacõ. Damnatur siquidem non solũ a sanctis verum eciam a gentilibus et moralibus ꝓphis Et vt id clarius habeaẽ queritur. Vtrum diuites diuicias habentes aut habere volentes possint eternã salutem acquirere Et q; non arguitur. Primo p testimoia scripturarũ sanctaz. Deinde per dicta et exempla ꝓphorum. Inquit sapiens Ecc. iij. c. Si dives fueris non eris immunis a delicto. Et prouer. xxviij. Qui festinat ditari non erit innocens. Et dauid psal. xxxiij. Diuites eguerũt et esurierũt. et j. Thi. vj. Qui volũt diuites

fieri incidunt in temptacionem et in laqueos diaboli · et desi
deria multa stulta et noxia que demergunt homines in interi/
tum et perdicionem · Et Jac·v·c·Agite nunc diuites plorate
vlulantes in miseriis vestris que aduenient vobis·Diuicie ve
stre putrefacte sunt·et vestimenta vestra a tineis comesta sūt
Aurum et argentum vestrum eruginauit·et erugo eorum in
testimonium vobis erit · et manducabit carnes vestras sicut
ignis·Et Augu·in li·lxxxiij· questionū· Caritatis venenū est
spes adipiscendorū·Et Jero·ad Eustochium·diuinis euange
lium vocibus intonat· Nemo potest duobus dominis seruire ·
Et audeat quisquā xp̄m mendacem facere deo· et mamone ser
uiendo? Vociferatur ille sepe· Qui vult venire post me abne/
get semetip̄m·et tollat crucem suam et sequatur me ·Et ego
onustus auro arbitror me xp̄m sequi ? Et idem ad Julianū ait
Diuitem pupuratum gehene fuscepit flāma·Lazarus pauper
plenus vlceribus·cuius carnes putridas lambebant canes · et
vix de micis mense diuitis miseram sustinebat animam in sinu
abrahe recipitur·et tanto patriarcha parente letatur· Diffi
cile ymo impossibile est vt p̄sentibus quis et futuris fruat̄ bo
nis·et hic ventrem et illic mentē impleat·vt de diuicijs trās
eat ad diuicias vt in vtroq; seculo p̄mus sit vta i celoa in ter
ra appareat gloriosus·hec ille·At sanctus sanctorum xp̄s·Lu·
vj·c·ait·Ve vobis diuitibus qui habetis consolacōnē vestrā
Et idem Math̄·v·Beati inquit pauperes spiritu quoniā ipso
rum est regnum celorū·Et Math̄·xvj·Facilius est camelum in
trare per foramen acus quā diuitem intrare in regnū celorū
Genitrix vero eius virgo sanctissima·Lu·ij·c·Sic cecinit·Esu
rientes impleuit bonis et diuites dimisit inanes· Satis enim
damnabiles fore diuicias xp̄s et sancti exemplo pariter a ope
demonstrarunt · Pauper siquidez xp̄s ex paupere matre natus
vsq; ad patibulū crucis paupertē vitam duxit·Vnde Bern· in
sermone quodam ait· Omniū bonorum eterna in celis affluen
cia suppetebat·sed paupertas nō inueniebat̄ in eis·hāc itaq;
dei filius concupiscens descendit vt eam sibi assumeret· et sua
estimacōne illam faceret precōsam· De paupertate aūt cristi
dixi in sermone de natiuitate·Pauperes adhuc ipe voluit esse
apostolos suos·p quibus dicat Crisō·super Math̄ · Si bonum
esset aurum hoc vtiq; dedisset apostolis xp̄us qui eis ineffabi
lia contulit bona· Nunc autez non solum non dedit sed ecia ha
bere p̄hibuit·Vnde et Petrus in pauptate gloriatur dicens

Aurum et argentum non est michi· Phi insuper atq; gētiles
suo modo dampnabiles et periculosas esse predicant diuicias
temp ales et illas fatentur noxias· Vnde Tullius in primo de
officijs ait· Pecunie fugienda cupiditas est· Nichil enim est
tam angusti animi tanquam parui quā amare diuicias· michil
honestius magnificenciusq; quam pecunias contempnere· Et
Sene· ad Lucillum· Aude hospes contempnere opes· et te q̄
dignū finge deo· Nemo alius ē deo dignior quā qui opes con
tempsit Et idem in li· de tranquilitate animi inducit exemplū
et verba zenonis· Zenō inquit noster cum omnia sua audisset
submersa· Jubet me dixit fortuna expedicius philosophari· a
Valerius Maximus de Anaxagora dicit· q; cum post longā pe
regrinacionem rediisset in patriam omniaq; sua dissipata vi/
disset retulit· Non essem ego saluus nisi ista perijssent· Et de
Socrate thebano dicit Jero· ad Paulinū et ponitur· xij· q· ij· c
Socrates· ꝓpe· c· multi· Socrates ille thebanus homo quōdā
ditissimus cum ad philosophandū athenas ꝑgeret· magnum
auri pondus abiecit nec putauit se posse et virtutes simul a di
uicias possidere· Et contra Jouinianū idem sic loquitur Legū
tur plurimi philosophoꝝ diuicias non tantum ꝓtempsisse sed
eciam abiecisse quasi impedimētum sapiencie et virtutis Fecit
hoc· Socrates quē omnū philosophoꝝ secte tanquā sapien
cie et virtutis vnicum fontem veneranē· Et· Lac· li· j· di· insti·
ait· Jam et abiecisse quosdam res familiares suas a renūciasse
vnuersis voluptatibz constat vt solam nudamq; virtutē nul
di expeditiq; sequerentē· Concludimus ergo ꝙ omnia dicta· q;
diuites cum quibus virtutes stare non possunt eternā salutē
non habebūt· Sed contra obici potest Dicit enim ꝓuer· xiij·
Redempcio anime viri diuicie ꝓprie· Et ꝓuer· xxvij· Propter
inopiā multi deliquerūt· et Salustius in Cathelinario Semp
in ciuitate quibus opes nulle sunt bonis inuident malos extol
lunt vetera odere noua exoptāt odio suaꝝ rerum mutari om
nia studen· et Aristo· iiij· ethi· Diuicie sunt vtilium· et· ij· Re
thoricorum Vnum aliquid necessariorꝝ est substācia· et ibi dez
Omnis indigencia mala est· a· j· Politice· Res possessa organi
est ad vitam· et· ij· Politice· Confert multitudo substācie· et i
euangelio Lu· xix· de Zacheo diuite et principe publicanorum
xps dixit· Hodie huic domui salus a deo facta est· et Math·
viij· c· Centurionem sub se milites habentē non damnauit sed
potius approbauit fidem eius d· Non inuem tantam fidem in

israhel. Respondeo ad hanc questionem. q diuicie possunt ha
beri cum peccato et absq peccato. Cum peccato habentur
triplici racione. Prima dicitur inordinate affectōnis. Secun/
da impie iustificacōnis. Tercia indebite dispēsacōnis. Pri
ma racio quare dampnabiles sunt diuicie dicitur inodinate
affectōnis cum quis ad illas inordinate afficitur constituēs
in eis beatitudinis finē. Et sic intelligunt omēs auctoritates
q̄ vident ocludere q diuites saluari nō pñt scz qñ diuicias di
ligunt tanq̄ sūmum bonū puipendētes deū. Vñ in ps. Diuicie
si affluāt nolite cor apponere. et Sene. ad Lucilū. Diuiciaꝝ ti
bi possessiōz ñ intdico sz efficere volo vt illas intrepide possi
deas. Quod vno osequeris mō si te eciā sine illis bte victurū p
suaseris tibi. ppt ea Aug9 li. j. de ciui. dei. c. x. ait. cū aplus dic
Qui volūt diuites fieri incidūt in tēptacōnē etc. pfecto in di
uicijs cupiditatē rep̄hendit non facultatē quā p̄cipit alibi di
cens. Precipe diuitibus huius mundi non superbe sapere neq
sperare in incerto diuiciaꝝ sed in deo viuo qui prestat nobis
omnia habundanter ad fruendum. Et Jero. ad Saluiniam de
Nebridio et viduitate. Nec diuiti obsunt opes si eis bene vtat
nec pauperem egestas omendabiliorē facit si inter sordes et in
opiaz peccata non caueat. Vtrumq nobis testimoniū et Abra
hā patriarcha et quotidiana exempla suppeditāt quoꝝ alter
in sūmis diuicijs amicus dei fuit. Alij quotidie in sceleribz de/
p̄hensi penas legibus soluūt de Abraham insup idem ad Pal
machium ita scribit. Diues erat abraham auro argento peco
re possessione multamq familiā habebat ita vt ad subitū nūci
um amare possz exercitū iuuenibz electis. Et. iiij. reges q̄ fuge
rant in helan secutus occiderat tñ post crebruz hospitalitatis
officiū dum homines nō recusat suscipere meruit deū. hec ille.
Damnatur g̊ non diuiciaꝝ possessio sed illaꝝ nimius supflu/
usq amor. Sunt autez hec amoris viciosi tria p̄ncipalia signa.
Primum cum quis sine reꝝ indigēcia plus debito in diuicijs
acquirendis se occupat et affligit. de q̊ dicit Eccs. iiij. c. Vnus
est et sedm non habet nō fratrē nō filium et tamē laborare nō
cessat nec saciant oculi eius diuicijs nec recogitat. d. Cui labo
ro et fraudo animam meam bonis. In quocunq vanitas est et
afflictio pessima. Secundum signum quod quis inordinate
diligit diuicias est cum illas quibus ipse non eget propter
deum pauperibus dispensare recusat. Et de hꝫ diffusi9 loq̄mur ī
sermone de elemosina. Terciū signū ē cū q̄s se diuiciaꝝ suū fac

Nam fūt nō nulli qui diuicias eciaz ad ꝓprium comodū necitate
vrgēte exponere nolūt. Noui ⁊ ego iohez fusco venerabil' ec
clesie sācte marie maioris de vrbe canonicū ditissimū quā plā
bñficia hñtē. eratq; ei suba multa. habūdabat vino frumēto
armētis ⁊ pecunijs. Remāserāt eciā ei argētea vascula indumē
ta pāni libri ⁊ alia bona plima. q̄ndā fratris ei9 cardial' sācti
marci. Ipe tñ miser ⁊ miserior cet'is auaricia vict9 panē ⁊ aquā
sepius comedebat. Multa cui insedebat ne famulū p̄cō detine
ret ipe solus gubnabat. Ad dormiēdū sine luīe accedebat Cal
ciatus incultū lectū intrabat. Duz infirmabat' vix p9 multos
dies cū mori iā timere incipet medicū aduocabat. Vestes anti
q̄s ⁊ laceratas deferebat nec caloribz aut frigore a labore po
terat ꝺtineri ꝓ vno denario paupes suffocabat Semp discur
rebat semp circuibat anxi9 ⁊ sitibūd9 ad thesaurizādū Crude
lis alijs crudelior sibi inimicissim9 deo. O reprobāda ꝯdicō. O
feral' natura. O deniq; rep̄hēsibile malū amare plus diuicias
quā deū quā ꝓximū quā ꝓpriā aīaz quā eciā ⁊ corpalē vitam.
Propt'ea Sene. in li. de bt̄a vita ait. Diuicie apꝺ sapiētē virū
in ꝟuitute sūt apꝺ stultū in impio Scꝺa rō q̄re dānales sūt
diuicie ꝺr impie iiustificacōis. qñ aut iniuste acq̄rūt' aut iniu/
ste possident' Tercia rō dicit' indebite dispēsacōis. qñ dispē
sant' aut his q̄bz dispēsari nō dñt. Et de hꝰ dicem9 in sermone
de elemosina aut qñ expēdūt' ꝓdigabilr in his in quibz expē
di nō dñt vt in supfluis edificijs ꝯuiuijs et indumētis ⁊ silibz
absq; pcto hñtur diuicie cū retinent' in vsū. nec ꝓpter alias of
fendit' deus aut ꝓximus ꝫ hñtur aut p iusta lucra acq̄site aut
p hereditariaz successiōz illisq; hō vtit' moꝺate nō ꝯstituēdo
in eis finē vltimum. ¶ Nꝺ diuicie affligūt eos q̄ illas immo
derate amāt labore timore atq; dolore q̄re pocius sūt ꝯtēnēde

Secundū misteriū de diuicijs ¶ quā diligēte ¶ Cap. ij.
e clarandū dicit' ꝯdicō. Reperiūt' siq̄dem in diuicijs cū
plus debito diligūt' tres pessime ꝯdicōnes. Prima dici
tur laboris. Scꝺa ꝺr timoris Tercia ꝺr doloris. Prima condi
cio ꝺr laboris. affligūt em̄ diuicie se diligētes triplici labore.
p̄mus ꝺr mētal'. scꝺs corpal'. t'cius ꝯscialis ¶ Prim9 ꝺr labor
mētal' qr mēs eoꝝ q̄ diuicias amāt nūq̄ pt̄ eē q̄eta eoq; cū in
sacietatē q̄rāt illā i eis nūq̄ iueniūt. ꝓpt'ea dic̄ sapiēs ecc̄. v.
Auarus nō implebit' pecuia. et Jero ad demetriadē virginem
Diuiciarū amor insaciabilis est. Et Ambro. xlvij. di. c. Sic hij.
Nec sacietas vnquā nec finis adheret cupiditati. Et Boecius

in·ij·Si quātas rapidis flatibꝫ incitus pontus versat arenas·
Aut q̄t stelliferis edita noctibꝫ celo sidera fulgent·Tātas fū
dat opes·nec ꝛtrahat manū plēo copia cornu·hūanū miseras
haut iō genus cessat flere q̄relas·ꝛ sene·ad lucillū Vidisti ali
qn̄ canē missa a dn̄o frusta panis aut carnis apto ore captātē
Quicquid excipit ꝓtinus integrum deuorat ꝛ ad spem vēturi
hyat·Idem euenit nobis q̄cquid expectātibus fortuna ꝓicit id
sine vlla voluptate dimittim⁹ statī ad rapinā alt̄ius attoniti
et erecti·Et idē ad eūdē·Cōgerāt̄ in te q̄cq̄d multi locuple/
tes possidēt ꝛ vltra p̄uatū pecuīe mod̄ fortūa te ꝓuehat auro
tegat purpura vestiat·Et ad h̄ mod⁹ deliciaꝝ ꝛ opū te ꝑdu
cat vt terrā marmoribꝫ abscōdas nō tm̄ trahere ſꝫ calcare di
uicias liceat·Accedāt statue ꝛ picture ꝛ q̄cq̄d ars vlla luxurie
elaborauerit maiora cupe ab hijs disces· Naturalia em̄ deside
ria infinita sūt ꝛ falsa opione nascēcia vbi desināt nō habent·
Et Juuenal̄ Crescit amor nūmi q̄ntū ip̄a pecuīa crescit· Quid g̊
ꝓdest ei q̄ multas hꝫ diuicias si nō q̄escit vel ꝯtentat̄·Inq̄t em̄
Cicero in ꝑadoxis·Contētū esse suis rebꝫ maxīe sūt certissime
qꝫ diuicie Propt̄ea magis diues est q̄ scit ꝯtētari in paucis q̄
q̄ in multis semꝑ aīo angustiat̄ ꝛ eget·Vn̄ sene·ad lucillū Bre
uissima ad diuicias ꝑ ꝯtēptū diuiciaꝝ via est·Et iteꝝ ad eū/
dem·Qui cū pauꝑtate bn̄ ꝯueīt diues est Et iteꝝ ibi de ꝯtēp
tu pecuīe Multa dicūt̄ ꝛ lōgissimis orōnibꝫ h̄ p̄cipit̄ vt hoīes
in aīo nō in pat̄moīo putēt esse diuicias eūqꝫ locupletē eē qui
pauꝑtati sue coaptat⁹ est·Et iterū ibi·Quid miraris·q̄d stu
pes·pōpa est·Ondunt̄ iste res nō possident̄·Ad veras pocius
te ꝯuerte diuicias · Disce ꝑuo esse ꝯtētus ꝛ illā vocē magnus
atqꝫ aīosus exclama·Habeam⁹ aquā hēamus polētā· Scd̄s
labor q̊ diuicie se diligētes affligūt est corꝑal̄·ꝓpt̄ea ait Ora
cius ·Impiger extremos mercator currit ad indos · Per mare
pauꝑiem fugies ꝑ saxa ꝑ ignes·Et sapiēs ecc̄s·ij·c·Cūcti di/
es ei⁹ pleni sūt laboribꝫ ꝛ erūnis · Terci⁹ labor d̄r ꝯscīalis
de q̊ aug·in sermone de inocētibus Lucrū inq̄t in archa dānū
in ꝯscia Quisnā explicet q̊t pc̄tis onerat̄ auaroꝝ ꝯscia misera
Obcupiditatē nāqꝫ fiūt rapine furta symonie violēcie dep̄da
cōnes vsure fraudes ꝓdicōnes iniusticie et vt sic dicā oīa mala
atqꝫ facinora·vn̄ Virgili⁹ in·j·eneidos ait·q̄d nō mōlia pecto
ra cogis auri sac̄ fames·q̄i dicat ad oīa mala·O voratrix aīaꝝ
auaricia O ardēs ignis cupiditat̄·O pestifeꝝ venenū salutis·
Magna siq̄dē incredibilisqꝫ multitudo genciū ꝓpter auariciā

demergit̃ in infernũ Scda ꝯdicõ pessima diuiciaꝝ dr timo
ris. Cruciãt nempe se diligẽtes timore ꝯtinuo. Naz q̃ inimis ad
diuicias afficit̃ semp est pauidus timet inimicos nõ min9 for
midat amicos. nõ ꝯfidit in vxore. nõ in filijs nec in fortissimis
seris. Abscõdit sepe aut in terrã aut intra muros p̃ timore pe
cunias. Terret̃ ad sonitũ venti. ad motũ fenestre. ad saltũ mu
ris suspicando semp omia latrones esse. In itineribz ei arborum
vmbre terrorẽ incuciũt. ⁊ vbiqz semp viuit suspectus. ꝓpt̃ea
exclamat Boecius in ij. de ꝯsolacõne dicẽs. O p̃clara opũ mor
taliũ beatitudo quã cũ adeptus fueris securus esse desistis. Et
iuuenalis dicebat Cãtabit vacuus corã latrone viator. ꝓpt̃ea
beat9 Frañ. paup tatẽ ꝯplex9 latrones nõ timuit dũ irruerũt
in eũ qñ ibat in p̃ncipio ꝯnersionis sue de Assisio v̄sus Eugu
bium. ꝓpt̃ea de illo dñs Boñ. sic dicit in rñsorio. Dũ seminudo
corpe laudes decãtat gallice zelator noue legis. latronibz in
nemore rñdit sic ꝓphice. p̃co sum magni regis. Audit in niuis
frigore ꝓiectus iace rustice futurus pastor gregis Tercia
ꝯdicõ diuiciaꝝ dicit̃ dolor. Afficiũt nẽpe dolore incredibili se
diligẽtes cũ dimittũt̃ aut reliquũt̃ in morte Naz moriẽtes ñl
de ill̃ secũ ferre pñt. Vñ dauid in p̃s. Dormierũt somnũ suũ et
ñl inuenerũt oẽs viri diuiciaꝝ in maĩbz suis. Et Job. xxvij. c.
Diues cũ dormierit ñl secũ affert apiet oclos suos ⁊ ñl inueiet
Apphẽdz eũ q̃i aq̃ inopia Et vt gg̃. inq̃t. iij. mor. Nũq̃ sine do
lore ꝑdit̃ qd cũ amore possidet̃ ꝓpt̃ea q̃ diuicias estimãt sic de
bẽt si illas aut viuẽtes ꝑdãt aut moriẽtes deserãt ñ ꝯtristãt̃
ꝓpt̃ea Tulli9 in paradoxis ait de Biãte pẽneo necnõ illũ laudo
sepe sapiẽtẽ q̃ noiat̃ vt opior int̃ septẽ c9 cũ pat̃ã p̃ẽnẽ cepis
set hostis cet̃iqz ita fugerẽt vt multa de suis rebz secũ asporta
rẽt cũ eẽnt admonit9 a q̃dã vt idẽ ip̃e facerz. Ego inq̃t facio
Nã oĩa mea mecũ porto Ille h̃ ludib̃a fortũe nec sua putauit q̃
nos eciã bona appellam9. ¶ Nd maligni sũt diuiciaꝝ tmato
res eoq̃ subiciũt se terre vilissiẽ ⁊ deuiãt a regula omnis crea
ture efficiũturqz similes ydolatrijs. ¶ Cap̃. iij.

Terciũ misteriũ declarãdũ de diuicijs dr malignacõ. Est
q̃ddã pct̃m malignũ diuicias iordiate diligere qr auari
cia ab auri cupiditate nũcupat̃. Grauitas at̃ ei9 apparz ex tri
plici rõe. p̃mo rõe s̃biectõis. scdo rõe dordiacõis. t̃cõ rõe ydo
latracõis Primo apparz g̃uitas auaricie rõne subiectõis. vñ
enim inqnit tho. ij. ij. q. c. xviij. Omne pct̃m ex h̃ ip̃o q̃ est ma
luui in aliqua corrupcõne seu priuacõne alicui9 boni consistit.

Inquantum autem est voluntarium consistit in appetitu alicui
us bñ duplicit er ergo ordo peccatorum potest attendi Vno
modo ex parte bñ quod per peccatum contemnitur vel cor/
rumpitur·quod tanto maius est tanto peccatum grauius est
Et secundum hoc peccatum quod est contra deum est grauissi
mum · Alio modo potest attendi grauitas peccatorum ex pte
bñ cui inordinate subditur humanus appetitus·quod quan
to minus est ac vilius tanto peccatum deformius ·Inter om/
nia autem bona exteriora minimum est et infimum quod spec/
tat ad temporales diuicias ſam si recte consideremus quid sit
argentum·quid aurum·quid gemme·quid iocalia q̄libet pre/
ciosa·quid domus·quid alta palacia· quid famulorum turba ·
quid greges·quid armenta·quid demq̄ omnia que diuicie vo
cari solent profecto inuenemus non aliud esse preter terram
Terra aut in ordine creaturarum infimum habet locum atq̄
vilissimum eamq̄ calcandaz deus pedibus hominum dedit·Vn
de·Iero·ad Demetriadem virginē ait ·In actibus apostolorum
quando domini nostri ihu x̄pi feruebat cruor a recens erat in
credentibus fides vendebant omnes possessiones suas · et po/
nebant precia ad pedes apostolorum · vt docerent pecunias
esse calcandas · propter hoc insuper Seneca ad Lucillum ait ·
Nichil natura quo auariciam nostram irritaret posuit in aper
to·pedibus aurum calcandum ac premendū dedit et quicquid
est propter quod calcamur ac premimur·Illa vlterius nostros
erexit ad superos et quicquid magnificum mirumq̄ fecerat
videri a suscipientibus voluit ortus occasusq̄ a properantis
mundi volubilem cursum tardos syderum incessus si compa/
res toti citatissimos·si cogites quanta spacia nunquam inter/
missa velocitate circumeant·Alia deinceps digna miratu siue
per ordinem subeunt siue subitis causis mota prosiliunt vt no
cturni ignium tractus celi patescentes columnas ac trabes de
fectus solis ac lune inuicez obstancium · hec supra nos itura di
sposuit·Aurum quidem et argentum quasi male nobis cōmit/
terentur abscondit·Nos Fortune mala nostra tradidimus nos
in lucem per que pugnaremus extulimus nec erubescimus sum
ma apud nos haberi que fuerunt ima terrarum · hec ille ·

Secundo apparet grauitas auaricie racōne deordinacionis ·
Deordinat siquidem auaricia homines vt priores fiant qua/
libet alia creatura · ſam vt dicit Augustinus Iudicium mari
mum diuine bonitatis est q̄ q̄libet creatura cogitē dare seip̄az

Auari vero omnia vellent appropriare sibi contra quoz̄ pau
citatem et crudelitatē ad proximos dicemus in sermone de ele
mosina. Tercō apparet grauitas auaricie racōne ydolatrac
onis Vnde Paulus Eph̄. v. dicit. q̄ auaricia est ydolorum ser/
uitus. q̄ scd̄m Nicolaum de Lira intelligendū est per quandaz
conformitatem quia ita se habet auarus ad nummum sicut ad
ydola ydolatra. propterea quia auari omnem spem suam ⁊ con
fidenciam ponunt in diuicijs. hec est itaq̄ illa auaricia nequissi
ma perdicōnis. mater pietatis inimica corruptrix. animarum
esca dyaboli et materia omnis peccati quam qui sequitur eicit
a se cristū qui nobis sit propicius vt valeamus sua gracia te
rena omnia conculcare atq̄ ad regna apparare celestia vbi san
ctis associati benedicemus xp̄m glorioſū et laudabilem per in
finita seculorum secula Amen. Feria tercia tercie ebdo
made in quadragesima de execrando ⁊ piculosissimo peccato si
monie propter quod non parum damnificatur atq̄ confundi
tur ordo ecclesiastice gerarchie.

Sermo xlj.

Quecunq̄ solueritis super terram erunt soluta ⁊ in
celo. Verba sunt redemptoris nostri originaliter
Math̄. xviij. c. Et in euangelio hodierno. Contu
lit saluator noster ministris eccl̄ie et sacerdotibus
suis inestimabilē dignitatez cum fecit eos spiritu
alium dispēsatores. Ideo tanto grauius estimatur si quādo pec
cant eoz̄ delictū quanto plura donoz̄ dei meremēta sumpse
runt. Maxime autem damnatur in illis vicium simonie q̄s ex a
uaricia p̄cedere nosciē. Illud siquidem est causa multoz̄ malo/
rum ⁊ ofusionis damnosissime in eccl̄iastica gerarchia obeā
causam in p̄senti sermone cōtra vicium simonie nōnulla erimꝰ
dissertaturi de quo otemplabimur tria misteria principalia.

Primū dicit̄ diffinicō — Quid sit simonia et vnde denominat̄
Secūdum inductio — et quare est peccatū graue et quid
Tercium punicio — intelligitur per spirituale aut spiri
tualibus annexum.

Capitulū. j.

Primum misterium otēpandum de simonia dicitur diffi
nicio. Et Rich̄. in. iiij. di. xxv. Et Tho. ij. ij. diffinunt
illam sic. Symonia est studiosa voluntas emendi vel
vendendi aliquid spirituale vel spirituali annexum. Que diff
finicio continetur implicite in. c. Qui studet. j. q. j.

Pro clariore autem declaracōne notabimus tria · Primo deno
minacōnem · Secundo racionem · Tercio determinacionem ·

Primo consideremus denominacōnem · Nam simonia deno /
minatur a simone · de quo habetur Actu · viij · c · Quod cum vi /
disset quia per imposicionem manus apostolorum daretur spiri
tussanctus · obtulit eis pecuniam dicens · Date michi hanc pote
statem vt cuicunqꝫ imposuero manus accipiat spiritum sanctū
Petrus autem dixit ad eum · Pecunia tua tecum sit in perdicio
ne ꝛc̄ · Sed non videtur ꝙ sit conueniens ista denominacio ·
eo ꝙ Symon noluit vendere spiritualia · sed emere · Et vt ha /
betur · iiij · re · v · c · Giezi spiritualia vendidit Naamā siro · ergo
non magis debet dici simonia quam Giezia · Respondet Rich ·
vbi supra · ꝙ conueniencius nominatur simonia quam Giezia
quia vicium tam empcōnis quaꝫ vendicōnis quantum ad vo
luntatem fuit in Symone mago · Ad hoc enim voluit emere
pecunia donum spiritussancti vt postea alijs venderet · Si ta /
men distincte loqui volumus · possumus vendentes spiritualia
appellare Giezitas et ementes simoniacos · Secundo conside /
remus racōnem quare spiritualium empcō siue vendicō sit il
licita · Prima est ex parte vendentis · Secunda ex parte emen
tis · Tercia ex parte vendicōnis · Prima racio ex parte ven
dentis quia ille qui vēdit spiritualia non est illorum dominus
sed dispensator · Vnde · j · cor · iij · c · apostolus dixit · Sic nos exi /
stimet homo vt ministros xp̄i et dispensatores ministeriorum
dei · Secunda racō est ex parte ementis · Ille qui emit rem mul
to minore precio quaꝫ valeat iniuste emit · Sed spiritualia sūt
tante nobilitatis et profectōnis et per consequens valoris ꝙ
nulli precio temporalium rerum possent adequari · Vnde ꝛ de
sapiencia que est res spiritualis · dicitur sapiencie · viij · c · Pre
ciosior est cunctis opibus et omnia que desiderantur huic non
valent comparari · Tercia racō est ex parte vendicionis quia
qui vtitur aliquo actu ad illud seu aliomodo quaꝫ ordinauerit
deus inique facit · ꝛ tanto peius quanto illud est in se dignius
Ordinauit autem deus spiritualia gratis conferri debere ho /
minibus per ministros eius · quod xp̄s declarauit d · Math · x ·
c · Gratis accepistis · gratis date · s · sacramēta et alia sp̄ualia
Vñ in cōnciliotolletano · j · q · j · c · q̄cq̄d dicit̄ Quicquid inuisibi
lis g̃cie ꝯsolacōne tribuit̄ · nūquā questibꝫ vl̄ q̄buslibꝫ p̄mijs
venūdari penitus debꝫ dicēte dn̄o · Gratis accepistis g̃tis da
te · Et sic colligit̄ ꝙ simonia ꝓpter dicta peccatū est mortale ·

Et sup addit̃ racio ꝙ nullus debet excõmunicari nisi pro mor
tali peccato vt dictum est in sermone de inobediecia. Sed pro
symonia debet quis excõmunicari. Vnde .j. q .j. c. Nui sacros
dicit̃. Anathema dãti idest fiat secũdũ glosam ãathema acci/
piẽti symonia. Tetcio ꝯsideremus determinacionẽ Nuid intel
ligitur per spiritualia aut spiritualibus annexa. Et secundum
doctores spiritualia dicunt̃ sacramenta. s. Baptismus. Chris
ma. Eucharistia. Ordo. Penitencia. Extrema vnctio. Et bene/
dictio nupciarum pro quibus dare pecuniam vel recipere vt
precium eorum est prohibitum quia symonia. annexa vero spi
ritualibus dicunt̃. Dedicacio ecclesiarum. Consecracio virgi/
num et aliarum rerum pertinenciũ ad cultum diuinum. Bene
dictio abbatum. Absolucio ab excõmunicacione vel alijs cẽsu
ris ecclesiasticis. Electio prelatorũ ecclesiasticorũ. Cõfirmacio
eorum. Renunciacio. Visitacio ipsorum prelatorum. Correctõ
criminũ vel desistere a correctione in iudicio ecclesie. Cura ani
marum. Ingressus religionis seu monasterij. Ecclesia seu bene
ficium simplex vel curatum. prebẽda. dignitas ecclesiastica vt
archidiaconatus. p̃positura. Episcopatus ⁊ huiusmõi. Offici
um sepulture vel locus ecclesie cõsecratus ad sepulturam vel
vbi iam est sepultus aliquis. Capelle ius patronatus. Ius p/
cipiendi decimas. Officia ecclesiastica vbi est aliquid iurisdic/
cionis. spũalis vt Iconius. Vicedominus et huiusmodi. Ferre
sentẽciã ĩ iudicio ecclesiastico Permutacõ dignitatis ecclesia
stice vel beneficij et similia. Pacisci ergo pro hijs symonia est
Vnde dicitur .j. q .ij. c. Nuam pio. Cesset omnis pactio. cesset
omnis conuẽcio. s. empcionis aut vendicionis. Notandũ tamẽ
ꝙ si quis sine pactione expressa vel ex actione cõferat aliquid
spirituale spiritualiter hac intencione vt propter illud recipi
at temporale. puta audit confessionẽ vel dicit missam vel con
fert. ordinem siue beneficiũ et similia principaliter. quia spe/
rat propter hoc se habiturũ pecuniam vel aliud precium. Et
similiter qui dat tempale principaliter. vt recipiat spirituale
puta eucharistã ordinẽ sac̃mentũ beneficiũ ⁊ huiusmõi symo
niam cõmittit mentalem que mortale est secundum. Ric. Tho
Ray. Hosti. et Innocẽciũ Sed talis symonia mẽtalis tollit̃ p
pn̄iam extra de symoĩa. c. Mãdato vbi aũt nõ fit pactõ vel ex
actõ vel principalis intẽcõ ad tẽpalia in collacõe spũaliũ vel
recepcõe sz g̃tis ⁊ elemosinalit̃ det̃ aliq̃ ⁊ accipiat̃ ad susten/
tatõz nature vel reuerẽciã sac̃mẽtoꝝ vel ad ꝟuãdã laudabilẽ

consuetudinem licite et sine symonia dari et accipi potest. Vnde gre. j. q. iij. c. Sicut episcopum ait. Eius oblacio nullam culpe maculam ingerit. que non ex ambitionis peticone processit nec symoniaci sunt tantum qui spiritualia vendunt vel emunt. sed eciam illi qui in his mediatores sunt. quos ecclesia grauiter punit. sicut patet. j. q. iij. c. Sicut episcopum.

¶ In pecunia est materia inductiua peccati symonie. et quomodo pecunia accipitur multiplicit. et multiplici munere.

Secundum misterium contemplandum de symonia dicitur inductio. Est nanq; huius sceleris materia inductiua pecunia. sumendo pecuniam large. vt in sermone precedenti dictum est. per omni eo q; potest temporalit possideri. Potest eciam pecunia dici. quicquid pcio temporali seu extimari potest seu mensurari. non solum pecunia numerata in monetis auri argenti et eris. vel ea que comuniter consueuerunt emi vel vendi. vt vasa aurea vel argētea animalia agri et huiusmodi. sed eciam pces ex quibus acquirit fauor populares. et obsequia temporaliter prestita. Vnde dicit Gre. j. q. j. c Sunt nonnulli Cuz viruz iustū pphēta describeret ait. Beatus qui excutit manus suas ab omi munere. Quia aliud est munus ab obsequio. aliud a manu. aliud a ligua. Munus ab obsequio est seruitus indebite impensa. Munus a manu pecunia est Munus a lingua Fauor secz mundanus. Et per quodlibet horuz munerum cum interuenit in spiritualibz omittitur symonia. vt ibidez Gre. dic. et ad idē j. q. iij. c. Saluator Vrbanus ait. Qui cumq; res ecclesiasticas. i. spiritualia que dei dona sunt non ad hoc q; instituta sunt. sed ad ppria lucra munere lingue vel indebiti obsequij vel pecunie largitur vel adipiscit symoniacus est. Et quantum ad munus a lingua. Sciendum q; si quis platus confert beneficiuz ecclesiasticū seu dignitatem ecclesiasticam vel aliquod sacramētum ad pces alicuius hac intencone principali vt eius precibus conferenti laus vel fama acquiratur. vel vt contrarium euitetur. symoniam comittit. Et si pces porriguntur ab alio pro indigno de beneficio curato vel simplici. et ille qui porrigit et qui exaudit symoniam comittit. si ad preces factas principaliter mouetur. Si autem preces porriguntur pro digno et ad ydoneitatem respicitur. non ad preces principaliter nec rogans nec cōferens male facit nec symoniam committit. Si vero quis pro se preces porrigat de beneficio simplici non reputat symonia. si alias est dignus

Capit. ij.

Nam si indignus simoniacus reputatur. Et similiter simoniaz inducunt. preces pro se porrecte de beneficō curato eciam si alias sit dignus. quia racione ambicōnis ꝛ p̄sumpcōnis reputatur. eo ipso indignus secundū beatuz Tho. in. iiij. di. xxv. ꝛ ij. ij. q. centesima. et Ray. in sum. sua. Quantum ad munus ab obsequio reputatur simonia. quando quis seruiret alicui p̄lato obsequio inhonesto. Sed quo ad obsequia honesta videlicz ordinata ad vtilitatē ecclesie vel p̄lati racionabilē non reputatur simonia. ita tamen ꝙ non principaliter seruiens faciat per illud consequendū. Vnde Greg. ait. Ecclesiasticis vtilitatibus deseruientē ecclesiastica oportet remuneracōne gaudere xij. q. ij. c. ecclesiasticis. Munus a manu est cum datur pecunia et huiusmodi. Vbi tamen notandū ꝙ pecunia potest dari ꝛ recipi licite ꝓ spirituali et sine simonia. v. racōnibus. Primo racōne permutacōis. Secundo racōne substentacōnis Tercō racōne ꝓuocacōnis. Quarto racōne punicionis. Quinto racione vitande vexacōnis. Primo racōne permutacōnis ꝓbatur sic. Qui vult remissionem peccatorū consequi. debet si pōt elemosinas facere. Vnde dani. iiij. Peccata tua elemosinis redime. et Ambro. de pe. di. j. c. Medicina. Peccatis tuis venūdatus es. redime te pecunia tua. Debet eciam quis ꝓ adepcione eterne vite temp alia cuncta dare. Juxta illud Math. vj. Facite vobis amicos de mamona iniquitatis. Secūdo potest dari pecunia racōe substentacōnis. sicut sacerdos ꝓ missa quā dic̄ accipit pecuniam vel p̄bendam. non ꝙ illam accipiat ꝓ consecracōne eucaristie vel ꝓ oracōnibus et huiusmodi quasi p̄ciū sed vt stipendium sue substentacōnis Vnde Augu. j. q. j. in. c Judices ait Accipiant necessitatis substentacōnem a populo mercedem ministracōnis a deo Sic et ꝓphete antiqui testamēti si aliquando recipiebāt aliquid in ꝓphetando accipiebāt in modum elemosine ad substentacōem non ad p̄cium ꝓphie Tercio potest dari pecunia et accipi racōne ꝓuocacōnis. et sic dātur elimosine pauperibz ad inducendū eos et excitandum. vt orent ꝓ benefactoribz suis. non loco p̄cij quia oracō spiritual' est et ap̄ciari non potest. Quarto racōne punicōis. Exigitur quādoqz ab eo qui absoluitur ab excomuīcacōne pecunia. non pro ipsa absolucōne quia hoc esset simonia sed in punicōnem Quinto racōne redimende vexacōnis. Nam antequā ius acquiratur alicui in beneficō vel dignitate. non licet dare ad redimendam vexacōnem suam. quia esset simonia. sed postquaz fu

erit adeptus et ius sibi acquisitum · veracionem sibi iniuste fa ctam super beneficō vel dignitate licet pecunia redimere · sed non iustam veracōnem vt si iuste accusaretur ꝛ huiusmodi ·

¶ Qualiter puniuntur simoniaci · tum per ꝑuacōnez gracie di uine · tum per suspensionē ordinis et beneficij simoniace suscep torum · tum eciam per obligacōnem ad restituendum ·

¶ Tercium misterium ostemplādum ¶ Capitulum · iij · de simonia dicit̄ punicō · Punitur etem̄ hoc peccatum multiplici pena · Prima dicit̄ gracie dei perdicō · Secda iusta suspensio · Tercia restitucōnis obligacō · Prima pena dicitur gracie dei perdicō · Vnde · j · q · j · c · Qui studet · Gre · na zanzenus ait Judas omniū redemptorē vendidit · mox laqueo suspensus · eandem redempcōnis graciam non obtinuit · et me rito quia nemo potest retinere quod vendidit · Symon eciam magus cum eandem gracia spiritussancti emere vellet damna cionis sue sentencia audiuit a Petro · Dicit eciam Aug · j · q · j · c Sicut · q̄ ignis sacrificij qui per lxx · annos babilonice captiui tatis sub aqua vixerat extinctus est Anthioco iasoni venden te sacerdocium · qui significauit ignem · i · gracia spiritussancti non lucere in simoniacis sacramentis Secunda pena qua pu niuntur simoniaci est iusta suspēsio · Sunt enim notorij simoni aci suspensi ab ordinibus et beneficijs simoniace susceptis · vt j · q · j · c · statuimus Et · c · Nuisquis · Et hanc suspensionez vidēt Ambro · vocare excōmunicacōnem in · c · Reperiuntur · j · q · j · se cundum glo · Et tales sez conferentes ordines vel beneficia ꝛ officia ecclesiastica et ista eciam recipiētes per simoniam si sūt clerici debent deponi et priuari omni officio et beneficō simpli citer si comunicantur de hoc in iudicō ecclesie · Si sunt layci vt mediatores simonie debent excomunicari · j · q · ij · c · Si quis · Ef ficiuntur eciam infames et quilibet crimi nosus admittitur ad accusacōnem eorum · Extra de simonia · c · tanta Et · c · Si domi nus · Tercia pena simoniacorum est restitucōnis obligacio · Nam secundū Tho · Pecunia recepta per simoniam retineri nō potest sed restitui debet non conferenti quia turpiter dedit ij debet pauperibus erogari vel illi ecclesie in cuius iniuriaz da ta est applicari · Et hoc in omni simonia · Et secundū Tho · ꝛ Jn no · et Ray · Simoniacus quo ad beneficia simplicia vel curata per simoniam recepta p̄dit fructus · quia non potest illos reci pere et receptos tenetur restituere deductis expensis factis in vtilitatem ecclesie et gracia fructuum colligendoꝝ · Et hoc

quia fur est et latro in illo beneficio · In veteri autē testamē
to · vt habetur · iiij · re · v · c · Giezi ꝓpter simoniam quā comisit
accipiendo pecuniam a naamā siro · quem heliseus ꝓphēta cu/
rauerat · lepra percussus est cum omnibus posteris eius · Sed
quid dicam? Quo me vertam? Qualiter verba concludā? Au
diuimus ex his que dicta sunt · quam graue sit vicium simonie·
Et tamen hodie vbiq; regnat · vbiq; sua tela ꝓicit · O ecclesia
dei · O sponsa decora agni imaculati xpi ihu · Quis in te pfecit
tot ignaros indoctos inhabiles ad curam animaꝝ Quis ordi
nes dignitates et beneficia tua tam multis indignis tribuit ·
Audeo dicere q; pessima illa et turculenta bellua simonia mala
hec omnia fecerit · Et ne descendamus ad particularia tantuz
vnum tenere firmiter possumus q; si simonia cessaret a mistris
ecclesie cuncta bene optimeq; disponerentē · animas in pecca
tis allegatas absoluerent · ac de dyaboli laqueis liberarent · se
vero non illaquearēt · sed pocius velut ministri digni adipis
cerentur in hoc seculo dei graciā et in futuro sempiternā glo
riam in qua cristus viuit regnatq; p infinita secula Amen

¶ Feria quarta tercie ebdomode in quadragesima de cogitaci
onibus malis · et vicōsis vitandis ꝓpter quas solas et absq; ef
fectu operum exteriorum posset homo damnari ·

¶ Sermo · xlij ·

De corde enim exeunt cogitacōnes male Verba sūt
redemptoris nostri originaliter · Math · xv · c · Et
in euangelio hodierno · Extat apud nonnullos opi
nio quedam satis falsa et periculosa · quoniaz non
arbitrantē eē peccata · que p opa extrinseca non p
petrantur · cum tamen secundū rei veritatem multo plura sint
mala que latent in corde · in die iudicij manifesta fienda · quaz
ea que nunc apparent forinsecus et videntur · hoc autem euidē
ter satis aperuit omniū doctor ihesus xpus dei filius in electō
ne sancti euāgelij · Quapropter vt qui veram penitenciā age
re volunt totaliter mundentur · et quelibet expellantē facino/
ra in psenti sermone de cogitacōnibus disseremus · de quibus
tria misteria declarabo ·

Primum dicitur cognicio ·
Secundum offensio ·
Tercium remediacio ·

¶ Nō cogitacōnes cordium cer
titudialiter cognosci nō pnt
nec a demonibz neq; ab angel
beatis · iz bn a soli deo quem nul
lum latet secretum · Capit · j ·

Primum misterium declarandum de cogitacionibus dicitur cognicō · in quo videndū erit qualiter cogitacōes nostrorū cordium cognosci possunt · Et hoc tripliciter Primo respectu demonis · Secundo respectu angeli Tercō respectu dei · Primo videndum est qualiter cogitacōnes hominum cognoscuntur respectu demonis · De quo dubium esse potest · vtrum cognoscat secreta sciencie · et videtur q̄ sic · Primo quia officium demonū est accusare · Vnde apo · xij · Proiectus est accusator fratrum nostrorum · Ergo si in iudicō argueremur de secretissimis cogitacōnibus · videtur q̄ hoc non lateant accusatorem nostrū · Secundo arguit̄ quia dicit Augu · xij · super Gen̄ · ad litera n · Mali angeli cogitacōnes nouerunt quia multa predicunt que non predicerent si cogitacōnes nō nouissent · Tercō arguitur ex dictis Aris · ij · de anima · Nocior est operacō quam potencia · et potencia quam substancia · quia per cognicōnem operacōnis et potencie peruenitur in cognicōnem substancie · Sed substancia anime non potest latere diabolum · ergo nec eius operacō nec virtus · ergo si cogitacō q̄ effectō sunt passiones anime · ergo non possunt latere dyabolum · Sed contra arguitur ex dicto Augu · d · in li · de ecclesiasticis dogmatibus · Internas anime cogitacōnes dyabolū non videre certi sumus · Respondet Boñ · et Rich̄ · di · viij · ij · li · Nō duplex est cognicō · Prima certitudinalis · et tali cognicōne demones non possunt conscienciaz̄ secreta rimari · Secūda est cognicō coniecturalis · que est p̄ aliquos motus seu p̄ aliqua signa · Et quoniam pauca sunt ita secreta quin p̄deant · in opera exteriora vel appareant p̄ signa exteriora faciei vel per signa corporis quod diuersimode mouetur secundum diuersitatē affectōnum · hinc est q̄ multe cogitacōnes nostre dep̄hendi possunt a maligns spiritibus nisi arceant̄ uirtute diuina hec autem cognicio potius est coniecture q̄ certe sciencie · Ad primum ergo argumentū dicit Boñ · Quod in die iudicij non solum demon erit accusator · imo eciam et cor vestrum · Vnde de exterioribus accusabit dyabolus de secretis vero consciencia propria Ad secundū patet responsio per di · iam factam de duplici cognicione · Ad terciū vero · s · q̄ nociorem opacio quā substancia dicit Boñ · q̄ verum est de opacione extrinseca · De intrinseca autem anima non habet semp veritatem Multe · res sunt nobis note quarum virtutes et opaciones nos latent · Vel dicēdum q̄ illud habet locum in opacione naturali nō in

opacione voluntaria ·Opacio enim naturalis secundum q̄ naturalis est ita se naturaliter nata est repsentare nec se occultare potest sicut nec substancia ·p̄mo per ipsam manifestatur substancia·dum plus habet de racōne actualitatis·ac per hoc manifestacōnis et lucis· Jn operacōne autez voluntaria secus est·Nam cum substancia naturaliter se repsentet sicut naturaliter est et se occultare non possit operacō voluntaria·sicut voluntarie exijt messe· ita et voluntarie manifestat̄ et ita occultari potest·p̄mo non manifestat̄ nisi homo velit·Talia autez sunt que latent in secreto nostre cōsciencie·Jdeo quāuis dyabolus videre possit animā ꝓpria virtute·non tamen potest illam conspicere· Et sic concluditur q̄ certitudīaliter demones archana pectoris nostri scire non valent ·Secundo videndum est qualiter cogitacōnes cognoscunt̄ respectu angeli·Et licz hermes in li·quem fecit de quatuor materijs· et quidā alij cōtendant ꝓbare non latere ipsos angelos cogitacōnes nostras Verūtamen in hac parte inhereo doctrine sancti Tho·Colligo itaq̄ ex eius dictis in p̄ma parte sūme q·lvij·Et in·ij·scripto·Sen·di·viij·ar·v·ea que pro solucōne huius dubij faciūt· Dico ergo q̄ cogitacōnes dupliciter possunt cōsiderari · Vno modo ꝑut sunt in sua futuricōne Aliomodo ꝑut sunt in sua p̄sencialitate·Primomodo sez ꝑut cogitacōnes sunt future naturaliter cognosci vel videri ab angelo nec ab homine possunt Cuius racō est ·quia futura non cognoscunt̄ nisi secm̄ q̄ hnt esse determinatū in sua causa· Sed cogitacōnes cordis nō habent determinatū esse in voluntate·quia voluntas se habz ad vtrumlibet·et ideo non possunt cognosci·Secundomodo cogitacōnes cordis possunt considerari ꝑut sunt in sua presencialitate·Et hoc duobus modis Vel ꝑut sunt in suo principio·vel ꝑut sunt in signo· Primomodo ꝑut cogitacōnes sunt solū in suo principio sez cogitacōnes in intellectu · et affectōnes in affectu vel volūtate·ita q̄ ex cogitacōnibus non resultat aliquod exterius signum·puta aliquis effectus vel motus in corde·Et sic solus deus cogitacōnes cognoscit·Primo racōne causalitatis·quia ille solus cogitacōnes cognoscit·cui soli subiacet intellectus et voluntas creature racōnalis·q̄ qui solus potest operari in eā·et est eius p̄ncipale obiectū et finis vltimus Sed hoc ꝓprium est dei·ergo nec angelo nec homini conuenit sed soli deo· Secundo hoc ꝓbatur racōne entitatis·Nam quanto aliquid minus hz de entitate·minus hz de cognoscibilitate

Primum misteriū declarandū dicit̄ institucōis in quo contingit dubitare circa septē · Primo circa tempus Scd̄o circa personam Tercio circa ordinē Quarto circa materiam Quito circa speciē Sexto circa addicionē aque · Septimo circa obligacionē Primo circa tempus dubitat̄ · Quare hoc sacramētum institutum fuit tempe legis gracie et nō ante Ad quod respondet Alex · in iiij · sūme et Bon̄ · di · viij · ꝙ istud fuit conueniēs ꝓpter duo · Primo ꝓpter rem contētam que est corpus xp̄i verum vt pleni9 declarabit̄ in sequēti sermone · Scd̄o fuit cōueniēs ꝓpter edificiā que est caritatis vinculū que ī noua lege apparere et abundare debuit · et ex hoc institutum est

imminente passione in signum amoris quem xp̄us ad genus hu
manum habebat. Nam non solum voluit dare nobis sua .i. obse
quia omniū creaturarū et suos .i. angelos in adiutoriū sed eciā
seip̄m dedit in filiū per carnis assumpcōez secundum illud Isa
ix. Filius datus est nobis. Dedit se in socium per nature nostre
conformacōez scd̄m illud Ap̄. phil. ij. Habitu inuentus vt hō
Dedit se in magistr̄ꝝ p doctrine p̄dicacionē. secundū illud Jo.
xiij. Vos vocatis me magister et domīe et benedicitis sū et enī
Dedit se in lucem per exempli opacionē scd̄m illud Jo. xiij. Ex
emplum enī dedi vob̄ vt. q. ego. f. i. et vos faciatis Dedit se in
patrē per gracie regeneracōz scd̄m illud Jo. j. Quotquot aūt
recepunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri hijs qui cre
dunt in noīe eius. Dedit se in holocaustū medullatū p possessi
onem et tandem dedit seip̄m in cibum ad spūalē refectionem.
O inflāmata caritas Jesu xp̄i O ardens amor clementissimi cor
dis sui. Supabundanter ꝓfecto ostēdit nobis quantū nos ip̄e
dilexit et ꝓpterea tunc sacramentū est institutū cum amor eius
buliebat atqz feruebat. Vnde Jo. xiij. dicit̄ Cum dilexissz suos
qui erant in mundo in finē dilexit eos. scd̄m glo. maiora signa
dilectionis ostēdit. Secundo dubitat̄ circa horam. Et vt colli
git̄ ex dictis euangelistarū. xp̄us hoc sacramentū instituit ho
ra cene quādo iam cōmederāt ip̄e et apostoli agnū pascalē Ex
quo pleriqz non bene intelligētes dicere voluerūt ꝙ hoc sacra
mentū non debet cōfici ante prandiū sed post cenā. Arguunt
em̄ sic in opando debemus nos cōformare xp̄o tāquā exēplari
iuxta illud exo. xxv. Inspice et fac scd̄m exemplar quod tibi in
monte monstratū est. Sed xp̄s hoc sacramentū post cenā con
fecit ergo et a nobis debet cōfici post cenā. Contra istos vero
est tex. de conse. di. j. in. c. Sacramēta. Sacramēta inquit alta
ris non nisi a ieiunis hominibus celebret̄. Racio est scd̄m Ric. in
iiij di. viij ꝓpter maiorē solēnitatē et sobrittatē mīsterij. et ma
iorem reuerēciā sacramenti. Nec valet obiectū eo ꝙ xp̄us racō
nabiliter confecit post cenam. quia voluit termīare figuram et
legem in esu agni pascalis et ītroducere veritatē in institucō
ne sacramēti. Huiusmōi autē racio non cōuenit ad hoc vt a no
bis debeat post cenā cōfici. et sic hoc sacramentū confici debet
a ieiunis vt patet de cōse. di. ij. in. c. Liq̄do Et secundū. Ric. vbi
supra sumit̄ hic ieiuniū pro p̄uacione cui9libet alimēti ante. s.
quā quis sumat cibū vel potū si eciam postea in die plures co
mesturus sit in casu tamē necessitatis īminente mortis periculo

potest hoc sacramentum post alios cibos sumi· eciā si sacerdos
ante missam lauerit os suū· et casu aliquo gutta illi⁹ aq̄ intraue
rit in stomachū nō ꝓpt̄ hoc tenet̄ dimittere missaz p̄cipue ī die
solēni quia hoc nō videt̄ impedire dignā p̄paracōz prespiteri
nec reuerēciā sacr̄ti· Et de simlibz idem iudiciū habeat̄· Tercō
cōtingit dubitare circa ordinē qn̄· scz apostoli fuerūt a xp̄o or
dinati sacerdotes ⁊ acceperūt cōsecrādi potestatem· Ad quod
respōdet· Ric· in· iiij· di· xxiiij· q· iij· Queritur ī quo actu cuiuslibz
ordinis imprimat̄ caracter in rn̄sione ad argumētū· Quod xp̄s
ordinauit apostolos sacerdotes cū dedit eis potestatē ꝯficiēdi
Luce· xxij· Et Math· xxvj· di· Hoc facite in meā cōmemoracōz
Quarto dubitat̄ circa materiā in qua sacr̄m est ꝯficiēdum Et rn̄
dēt doct· in· iiij· di· xj· ꝙ materia congrua huic sacramento est
panis de frumēto et vinū de vite eo ꝙ xp̄s ita instituit· et hoc
rōnabilit̄· Primo quidē quantū ad vsum hui⁹ sacr̄ti qui est mā
ducacio· Sicut eī aq̄ assumit̄ in sacr̄to baptismi ad vsum spūa
lis ablucōis· quia corpalis ablucio conueniēter fit in aqua ita
panis et vinū· quibz cōmunit̄ hoīes reficiunt̄ in hoc sacr̄to assu
mūt̄ ad vsum spiritualis māducacōnis· Secundo quantum ad
effectū ꝯsideratū in vnoq̄z sumēciū· qr vt Ambro⁹ dc̄ sup epi
stolā ad Cor· hoc sacr̄m valet ad tuicōz corpis et aīe· Ideo caro
xp̄i sub spē panis ꝓ salute corpis· sāguis vero sub spē vini pro
salute aīe offert̄· Tercio quātū ad effc̄m respectu eccl̄ie q̄ ꝯsti
tuit̄ ex diuers̄ fidelibz· sic̄ pais ꝯficit̄ ex diuers̄ grais et vinū
fluit ex diuers̄ vuis· Notādū tn̄ scdz Tho· ī iij· pte· q· xxiiij ar·
iij· In rn̄siōe ad terciū argum̄tū ꝙ si farīe triticee admisceret̄
aliq̄ quātitas modica et pua alteri⁹ farine poterit exīde ꝯfici
panis q̄ ē materia hui⁹ sacr̄ti qr modica pmixtō nō soluit spēz
Secus vero si essz magna· Quīto dubitatur c̄ca spēm q̄re scz
sacr̄m h̄ ꝯficit̄ sub duabz spēbz· Ad qd̄ rn̄dz Alex· de ales ꝙ h̄
prīcipalit̄ fit duplici rōe· Primo ꝓpt̄ duplic̄ nature nr̄e a xp̄o
sūpcōz ad vt̄usqz redēpcōz vt on̄derz xp̄s totā hūanā naturā
idest aīam et corp⁹ assumpsisse vt vtrūqz redimerz· Pais enī
ad corp⁹ refert̄ vinū ad aīam Scda rō ē ꝓpt̄ duplicē xp̄i im
molacōz· s· ī vita ⁊ ī morte· Nā expectacō et p̄pacō ad mortez
fuit mors q̄dā q̄ ergo fuit ī vita repn̄tet̄ spē pais· q̄ aūt ī mor
te spē vini· Sexto c̄ca addicōnez aq̄· Vtr̄ aq̄ sit de sub̄a siue
integritate sacr̄ti Ad qd̄ rn̄det Bon̄· in iiij· di· xj· ꝙ de integri
tate hui⁹ sacr̄ti sūt q̄tuor· s· materia forma ordo et intēcio con
secrātis· De cōgruitate aūt et bene esse sūt que sunt hijs ānexa

Aqua ergo cum non sit aliqd hoꝝ non est de necessitate sacr̄ti
sed ānexū est materie·s·vino qꝛ adiungit̄ vino et in ip̄m ꝯuer
tit̄ et postmodū ī sanguinē·Et iō est de cō gruitate opponēda
tn̄ siue admiscēda ē vīo vt dr̄ extra de celebracōe missaꝝ·c·vlt̄
Cui9 rō mlt̄iplex est scd̄m Ale·p̄ma ꝓpt̄ exēplū dn̄i ꝓba· enī
credit̄ ꝙ dn̄s hꝫ sacr̄m īstituit ī vino aq̄ ꝑmixto vt dicit Damas·
et Cyp̄an9 de cōse·di·ij·c·Scriptura Scd̄a rō ē ꝓpt̄ signū vni
oīs corꝑis mistici cū capite Vn̄ de cōse·di·ij·c·Cū oē dr̄ cū in
calice vino aq̄ miscet̄ xp̄o ꝑplus adunat̄ et c̄dēciū plebs ei ī quē
credit copulat̄ ⁊ iūgit̄·i·copulēda ⁊ iūgēda significat̄ ꝑ fidē
et dignā sacr̄ti suscepcōꝫ·Ex q̄ Ric·ī iiij·di·xj·refert ꝙ ꝓpter
hui9mōi significacōꝫ tm̄ dēt appom de aq̄ et de vino qd aqua
possit trahi ad naturā vini ꝑplus enī trahēd9 ē ad xp̄m et iō
multū sūt illi rep̄hesibiles q̄ plus ponūt de aq̄ q̄ de vino ·Est
q̄dē ꝑniciosus abusus vt dr̄ ī c·Pernicōsus extra de ce·mis·Ter
cia rō q̄re aq̄ admiscet̄ vino ē ꝓpt̄ fluxū aque de latere xp̄i a q̄
lāceato vt hēt̄ Jo·xix·Cōtinuo exiuit sāguis ⁊ aq̄ Jō de ꝯse·
di·ij·c·In sacr̄orū obligacōibꝫ dr̄·Nō dēt ī calice dn̄i aut vinū
solū aut aq̄ sola offerri ꝫ vtrūqꝫ ꝑmixtū qꝛ vtrūqꝫ ex latere
xp̄i in passione sua ꝓfluxisse legit̄ Notādū tn̄ scd̄m mgr̄m sē·c
penl̄·xj·di·q̄rti ꝙ si sacr̄dos ꝯsecret vinū sine aq̄ vere cōuertit̄
in sāguinē Nā et grecorū ecclesia dr̄ aquā n̄ apponere sacr̄to vt
ait ino·de officō misse ꝑte·iij·c·xxvj·Et tn̄ ecclesia n̄ negat ip
sos ꝯficere sānguinē xp̄i· Ille tn̄ qui aq̄ n̄ opponerꝫ rep̄hend9
essꝫ ꝓpt̄ rōes iā dc̄as Septīo dubitat̄ c̄ca obligacōꝫ·Vtrū·s·
ꝑplus dēat coīcare sup vtraqꝫ spē·Ad qd rn̄det sāct9 Tho·iij·
ꝑte·q·lxxx·ꝙ c̄ca vsū huius sacr̄ti duo possunt cōsiderari vnū
ex ꝑte sacr̄ti ip̄ius·aliud ex ꝑte sumēciū·Ex ꝑte ip̄ius sacr̄ti cō
uenit ꝙ vtrūqꝫ sumat̄·s·corp9 et sāguis ·qꝛ in utroqꝫ cōsistit
ꝑfectō sacr̄ti ·Et iō qꝛ ad sacr̄dotē ꝑtinet hoc sacr̄m cōsecrare
et ꝑficere nullo mō dēt corp9 xp̄i sumere sine sāgīe ꝓut plene
patꝫ de cōse·di·ij·ī·c· Cōpimus Ex ꝑte aūt sumēciū req̄rit̄ sū
ma reuerēcia et cautela ne aliq̄d accidat qd vergat ī iiuriā tāti
sacr̄ti Nd p̄cipue possꝫ accidere ī sāguīs sūpcōe qui q̄dē si ī cau
te sumeret̄ de facili posset effundi·Et quia crescēte multitudīe
populi xp̄iani ī q̄ ꝯtinēt̄ senes ⁊ iuuenes q̄rū q̄dā n̄ sūt tāte di
screcōis vt cautelā debitā c̄ca vsū huius sacr̄ti adhiberēt ·Jō
prouide obseruat̄ vt ꝑplo sāguis sumēdo nō det̄·ꝫ solū sumat̄
a sacerdote ec̄ et scd̄m aliq̄s nō dat̄ sub vtraqꝫ spē ꝓpt̄ ꝑiculū
erroris ne·s·coīs ꝑplus crederꝫ xp̄m n̄ esse totū sub vtraqꝫ spē

De figuris que precesserunt sacramentuz eucaristie ⁊ de septem ꝓprietatib9 manne appropriatis huic sacram̄to Ca·ii·

Secunduz misteriuz declarādū de sacrō eucaristie dicit̄ figuracōis ffuit nanq̄ congruū hoc sacramentū p̄figurari scd̄m Alex· et Boñ·in·iiii·di·viii· ꝓpter tria· Primo ꝓpter dignitatem qꝛ p̄dicanduz et expectandum erat sic̄ donum dei excellentissimuz· Ideo figure huius sacramenti preire debuerunt in quibus refulciret̄ expectacio fideliū ⁊ dignitas huius sacramenti famosior oñderetur Vnde figuraꝝ premissio non fuit aliud q̄ fame eius diuulgacio· Scd̄a racio est prop̄ difficultatem· Inter cetera enī sacrā hoc est difficilimuz ad credenduz ymo inter cetera credibilia· ideo homines debuerunt ad hoc assuefieri quadā figuraꝝ manuductōe· Tercia racio fuit ꝓpter significacionem qꝛ hoc sacramēto xp̄c passus significatur et continetur Congruebat autem xp̄m passuz aliqua figura p̄signari· Sil̄r aūt et hoc sacramentuz quo significatur et ꝯtinetur· p̄cesserunt autem non vna sed plures figure qꝛ sicut dicit Aug9·in·iiii· de trinitate· Oportebat qꝛ per multa eramus adeo decisi q̄ multa vitam venturaz ꝯclamarēt scz xp̄m Et ꝟm Alex· lz res prefigurata tātis figuris sit vna scd̄m substanciam tamē illius sunt multi effect9 ⁊ multe ꝓprietates siue ꝯdicōes quarū multiplicitatē respiciūt ip̄e figure diuerse Magister vero sē· dimissis alijs figuris que assignari possent tm̄ q̄tuor enumerat· sacrificiū· s· Melchisedech agnū pascalē manna et sanguinē qui fluxit de latere xp̄i· Nue figure sufficienter enumerantur duplici rōne· Pr̄ia est respectus siue relacio figuraꝝ ad legē nature Mosayce et euāgelice vt scz p oblacōz Melchisedech oñdat̄ fuisse p̄figuratū sacramētuz in lege nature· per agnū pascalē ⁊ manna in lege scp̄ture et p sāguinē qui fluxit de latere xp̄i in lege grē· Scd̄a rō est si attendamus ad ea que p̄signātur· nā in h̄ sacrō est visibilis forma et h̄ p̄figurata ē in sacrificō Melchi· et ē res ꝯtēta et h̄ figurata ē in agno pascali et res significata tm̄ et h̄ in māna· Et ꝟt9 dās efficaciā et hoc in sāguīe q̄ defluxit de latere xp̄i Verūtn̄ solert̄ ē aduertend̄ q̄ ī māna qd̄ pluit dn̄s pat̄b9 in deꝟto· Exo·xvj·vii· ꝯdicōes repiūt̄ ꝯuenientes huic sacrō ineffabili Pr̄ia ē mod9 gn̄acōis· Scd̄a ē loc9 descēsionis Tercia tp̄s recollectōis Quarta t̄min9 m̄suratōis· Quinta ritus p̄paracionis Sexta ausus reꝟuacōis Septīa gust9 saporacōnis· Prima ꝯdicio erat mod9 generacionis qꝛ in nocte inuisi

biliter de celo descendebat. Quid enī designatur per noctem
nisi fidei nostre status Sicut enī in regno celorum nulla est ob
scuritas tenebrosa et ī inferno nulla potest luciditas appare
re. sic in presenti peregrinacōe non est lux clara visionis deifi
ce sicut in celo non obscura tenebrositas eterne dampnacōnis
sicut in inferno. sed nocturna fidei lux stellari et lunari non
quidē solari luce illustrata quibus luminibus videmus et cog
noscimus hoc sacramentum Secunda odicio illius manne erat 2
locus decensionis quia descendebat in deserto cē castra filiorꝝ
israhel solum eisqꝫ defecit cum intrauerunt terram promissio
nis sic hoc sacramentum non nisi in ecclesia et in eius fide vera
citer consecratē atqꝫ in deserto pētis vite tm̄modo frequenta
tur. Cum autem ad repromissam viuenciuꝫ terrā ventum fue
rit iam non amplius hoc sacrificium offerretur sed glorioſus
ihesus in consumato felicitatis loco conspicietur ineffabili
ter exaltatus. Tercia condicio erat tempus recollectionis. 3
Sex enī diebus poterat reperiri precepitqꝫ Moyses ex parte
domini feria sexta pro sabbato colligi Sabbato autem egressi
quidam de populo vt colligerent nō inuenerunt Sic et istud
viuificum sacramentum non nisi sex diebus pētis pegrinacio
nis reficere habet sed sabbato sempiterne quietis inuenietē rex
noster Ihesus xp̄c non mystice sacramento velatus sed manife
stus et decore regio glorioſus Quarta condicio est terminus 4
mensuracionis qz per singula capita mensuram gomor ex pte
domini Moyses colligi instituerat. nec qui plus colligit plus
habuit. nec qui minus minus inuenit. Sic quidem istud mira
bile sacramentum nequaq̄ otinet mmorem Ihesum in minori
hostia q̄ in maiori. nec plus in pluribus q̄ in vna Quinta cō 5
dicio erat ritus preparacionis qz illud manna ignem optime
sustinebat nam manna liquidum colligebatur simile coriādro
et ꝑpe ignez ponebatur et efficiebatur durum. deīde tricaba
tur et ex eius farina oficiebatē panis. Sed si ponebatur ad so
lem liquefiebat et otabescebat sic istud bn̄dictuz sacrām̄tuz p
fecte ignē sustinet deuoti et feruentis amoris atqꝫ rōes ob a
moris fornace ꝓcedētes pfecte ocludūt hō sacramēti irrefra
gabilē veritatē Sz sol curiositatis hūane et fantastice rōnis
ad pscrutacōz sacri p pfidiā eū liqscere facē Sexta odicō ē au 6
sus p̄huacōis. nam p̄cipiēs Moyses q̄ nullus huarz ex eo vsqz
in mane Qui voluerūt reseruare inuenerūt q̄ scatire cepit ver
mibus atqꝫ computruit sic hoc sacramentum reseruatū ab his

qui ad illud nolunt accedere scatet vermib9 quia ipsi tales de
teriorantur et induantur vt patet. lxxxi;. dis. in. c. prespiter
Septima condicio erat gustus saporacionis qr vnicuiqz sapi
ebat iuxta desiderij sui appetitum. Aliqui enī cum summa dele
ctacione vescebantur cibo illo sapidissimo nonnulli vero mur
rantes dicebant Anīa nostra nauseat super cibo isto leuissimo
sic hoc sacratissimum sacramentum sumentibus diuersimode sa
pit secundum diuersas disposicōnes quas in eis format vel de
siderium caritatis vel in deuotio malignitatis. O quot sūt ob
stinati peccatores. et presumptuosi qui corpus xp̄i sumentes
nullum ex eo percipiunt gustum. Alij vero q̄ mirabiliter
propter deuocōnem et fidem recreantur et consolantur de q̄
et si multa possent exempla narrari vnum tamen referā quod
rome euenit Tempore namqz Eugenij quarti quedam notabi
lis et spūalis domina deo deuotissima ffracisca nomine de pon
cianis singulis diebus festis sacramenti ꝯmunionem de manu
sacerdotis reuerentissime suscipiebat. senciebatqz delectacōz
mirabilem adeo ut sepius post ꝯmunionem per magnum tem
poris raperetur in extasim. Quodam tn̄ die dum in ecclesia sā
cte Cecilie trans tiberim expectaret accipere comunionem sa
cerdos ille qui celebrabat aut leuitate duct9 aut dyabolica tē
tacione deuictus temtauit sibi dare hostiam non consecratam
Cumqz ori eius appropinquasset recusauit illaz sumere. d. par
cat tibi deus O pater sacerdos qui me non solum decipere cre
didisti sed eciam ydolatriam facere voluisti. quibus verbis cō
motus sacerdos veniam pecijt et peccatum postea confess9 rē
alijs studuit renarrare ¶ De septem fructibus quos acqui
runt hi qui fideliter et deuote sanctam ꝯmunionem accipiunt
Percium mysterium declarandum ¶ Capitulū. iii.
De sanctissimo sacramēto dicitur fructificacionis. deuo
te enī ꝯmunicantes multos fructus consequuntur ꝛ p̄
cipue septem Primus dicitur gratificacō Scd̄s remissio Ter
cius satisfactio. Quartus defensio. Quītus reuelacio. Sextus
cibatio. Septimus glorificacio Primus fructus dicit̄ grati
ficacō Confert enim sacramentum deuote ꝯmunicantibz gra
ciam Racio est secundum Tho. iii. parte. q. lxxix. tum qr in eo
continetur crist9 qui sicut veniens in mundo venit cuz gracia
secundū illud. Jo. i. Gracia et veritas per Jhesum xp̄m facta est
ita veniēs ī isto sacramēto. tn̄ qr repn̄tat̄ passio ei9 q̄ fuit grē
effectīa tū qr sūjt̄ sub spē cibi nutrient̄ vn̄ sic̄ cibz p̄stat vitaz

ita ꝙ hoc sacramentuz ꝓpterea vocatur eucaristia·i·bona grā
ſſam dicitur sacrificiū reſpectu p̄teriti ſ·passionis xp̄i quaz re
p̄sentat·Et dicitur ꝺmunio reſpectu p̃ntis·q·ꝺmunis vnio·
qz vnit membra cum corpore vel m corpore mystico· Et dicit̃
viaticum reſpectu futuri qz est prefiguratiuuz vite et qz paſ
ſio vnio et gloria sunt ex gracia·Ideo nominatur eucaristia
Secundus fructus deuote ꝺmunicanciuz dicitur remiſſio· Re
mittuntur nanqz per hoc sacramentuz peccata venialia vt ha
betur de ꝺse·di·ij·c·cum omne ·c·si quociens et·c· Ante bene
dictionem·Quantum autem sit istud·ſ·remissionem venialiuz
habere patere potest si ꝺsideretur quantum ipse animā ledāt
nam licet eternam dampnacōez non inducāt tamen inferunt
duo precipua nocumenta·Primum est qz diminuunt feruorez
caritatis ·Secunduz qz obligant ad penam tpalem Ex quo di
cit Boñ·in·iiii·di·xx·q si quis moritur tm̃ venialia habens va
dit ad purgatorium Tercius fructus deuote ꝺmunicanciū
dicitur satisfactio hoc siquidem sacramentum satisfacit ꝓ pec
catis·Secm̃ enim Tho·iii·parte·q·lxxix·hoc sacrameatum si
mul est sacrificium et sacramentuz sed racionē sacrificii habet
in quantum offertur · racionē vero sacramenti in q̃ntum sumit̃
Et ideo effectum sacramenti habz in eo qui sumit ·effectuz au
tem sacrificii in eo qui offert vel in his ꝓ quibus offertur Si
ergo consideretur ut sacramentum habet duplicem effectum
vnomodo directe ex vi sacramenti·aliomodo·q·ex ꝺcomitācia
Ex vi quidem sacramenti directe habz illum effectum ad quē
est institutum· non est autem institutum ad satisfaciendum ·
sed ad spiritualiter nutriendum per vnionem ad xp̄m et ad mē
bra eius sicut et nutrimentuz vnitur nutrito Sz qz huiusmōi fit
vnitas per caritatē ex cuius feruore aliquis ꝺsequitur remissi
onem non solum culpe sed eē pene ·in de est q ex ꝺsequenti ꝓ
quandam ꝺcomitanciam ad principalem effectuz homo conse
quetur remissionez pene non qui dē totius sed ꝑm modū deuo
cōis atqz feruoris·si aut̃ ꝺsideretur inquantuz est sacrificiū
hz vim satisfactiuaz et ꝓ dest his pro quibus offertur tam vi
uis q̃ defūctis Sz ī satisfactōz magis credi effectus offerētis
q̃ q̃litas oblacōis Quāuis g̃ ꝯ oblacō ex sui q̃ntitate sufficiat
ad satisfaciēd ꝓ oī pena tm̃ fit satisfactoria illi ꝓ q̃bz offert̃ p
eē ꝓ offerentibz ꝑm q̃ntitatē sue deuocōis q n̄ ꝓ tota pena ꝯ
Alex·pp̃ de ꝺse·di·ii·ī·c·Nihil ait ūl ī sacrificiis maiꝰ eē cepit
q̃ corpꝰ et sanguis xp̄i nec vlla oblacio hac pocior ē Sz oēs p̄

cellit que pura ꝺsciencia domino est offerenda. Quartus fru
ctus deuote comunicanciū dicitur defensio. Defendit vtiqꝫ ꝫ
sacramentum preseruando a peccatis futuris Vt enī ait Tho.
vbi supra. peccatum est quedam mors spiritualis anie. Vnde
hoc modo preseruatur aliquis a peccato futuro quo ꝑseruaꝫ
corpus a morte futura. Nō quidem fit dupliciter. vnomō in
quantuz hominis natura interius roboratur contra interiora
corruptia et sic preseruatur a morte p cibuz a medicinaz. alio
modo per hoc q munitur contra exteriores impugnaciones.
et sic ꝑseruatur per arma quibus munitur corpus. vtroqꝫ aūt
modo hoc sacramentum ꝺseruat a peccato. ſam primo quiꝺē
p hoc q xp̄o coniungit per graciam roborat spiritualez vitā
hominis tanq̄ spiritualis cibus et spūalis medicina scdz illud
ps. Panis cor hominis confirmet Et Aug. sup Jo. ait. Secu
rus accede panis est non venenuz. Scdo inquantum est signū
passionis xp̄i per quam victi sunt demones repellit ipsorum
impugnacionez. Vnde Crisо. sup Jo. ait. vt leones flamma spi
rantes de mensa domini recedimus terribiles demonibus facti
Notanꝺ tamen q licet hoc sacramentum quantum ē de se hēat
virtutez ꝑseruatiuam a peccato non tamen auffert homī possi
bilitatē peccādi eo q homo ī statu vie est huius ꝺdictionis
q pt̄ flecti ī bonum et in malum Quintus fructus deuote con
municāciū dicitur releuacio si enim homo post deuotaz omni
onem ī peccatum ruer et facilius ab illo surgere pōt q̄ si ante
illud non communicasset. Racio est. quia vt diximus per sac
ram communionem anima roboratur et fortificatur. Et ideo
facilius est forti resurgere q̄z debili. Sextus fructus deuote
communicancium dicitur cibacio. Cibat vtiqꝫ hoc sacramētuz
spiritualiter animam et multociens miraculose reficit ipsum
corpus. Dicitur enim de beata Katherina de senis q sepius
communione suscepta per dies plurimos sine cibo et potu per
sistebat absq̄ aliq̄ sui corpis lesiōe Septimus fructus ꝺr glo
rificacio facit eē hoc sacramētū ad augm̄tū glorie q̄ sequit̄ ad
augm̄tū grē Quāto enī anima pficit et crescit in gracia tāto
copiosiorē gloriā pmereē sed qui deuote et humilit̄ suscepit
sacramētum eucharistie pficit ī gracia vt tactū est supius id
circo abundācius gloriam obtinebit. Curzite igit̄ omes et cō
sciens peccatis emundatis sacram communionē accipite quia
saluator noster dixit Jo. vi. Si quis māducauerit ex hoc pane
viuet in eternum hic p grāz a ī futuro p gloriā ī qua viuit et

regnat ipse ·Jhesus dei filius cum patre et·s·s· per cuncta·s·s·
eria·iii·ebdomade sancte de veritate sacramēti eucharistie
in quo vere et realit̄ ɔtinetur ip̄e xp̄c ¶ Sermo ·lxiiii·

Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus
Verba sunt redēptoris nostri originaliter ··Jo·vi··Int̄
cetera fidei nostre credibilia maximū ⁊ ad mirabile est
realis ac vera existēcia corpis ⁊ sanguīs xp̄i in sacram̄to alta
ris sub speciebus panis et vini hoc vtiqꝫ n̄ fides credat sermo
non explicat verūtañ ad ɔfundendam ꝑ fidiam in fideliū con
solandosqꝫ fideles qui id credunt in hoc sermo de veritate al
tissimi sacram̄ti verba faciem⁹ Est etenī necessarium simplicit̄
credere et firmiter ɔfiteri ꝙ a dn̄o ·Jhū xp̄o audiuī⁹ dictum
carnem scꝫ suā vere esse cibum et suū sanguinē vere esse potū
scꝫ in sacram̄to altaris in quo uere ⁊ realit̄ ɔtinetur Ad quod
probandum et fideliter ꝑsuadendum ꝓcedem⁹ tripliciter
Primo per autoritates · Secundo per raciones · Tercio ꝑ ex
empla ¶ Nd omnes tam theologi q̄ sacra ɔcilia et docto
res antiqui tenent et confitentur dn̄m ·Jhesuꝫ xp̄m realiter eē
in sacramento altaris sub specie panis ⁊ vini Capituluꝫ·i·

Primo probanda est veritas corporis et sangumis cristi
in sacramēto altaris per auctoritates· Prīo theologo
rum· Scdo conciliorum· Tercō doctorū Primo itaqꝫ
theologi omnes Ric·s·Bon̄·To·Sco·et ceteri di·x· quarti li
bri dicūt q̄ opinio quorundā fuit et error pessimus ꝙ xp̄c nō
essꝫ in altari nisi tm̄ sicut in signo et dicit̄ manducari qꝛ signū
eius tm̄ accipit̄ Sed iste error contra pietatē fidei est que tm̄
bn̄ficium sibi a deo datuꝫ recognoscit et grās agit ꝙ in carne
sua et natura ꝓpria sit nobiscuꝫ· Est eciā contra sacramenti di
gnitatē per excellenciam in quo relucet diuina potencia et bo
nitas altius ceteris sacramentis· Nam cetera sacramenta excel
lit nt quasi consumatiuum est aliorum oīm sicut caritas omniuꝫ
virtutuꝫ· Manifestatur nanqꝫ h̄ oīpotēcia dei in opis singula
ritate ·cū em̄ panis in corpus xp̄i veruꝫ et integrum in mult̄
altaribus ɔuertitur nullo remanente comuni on̄dit se de⁹ pos
se supra omnez potēciā opatiuā in ɔuersione·et ꝑ hoc ꝙ idez
in pluribꝰ locis supra ymaginatiuaꝫ et per hoc ꝙ tam magnū
et integrū in tā parua spē facit existere nō contractū on̄dit
se posse supra potēciaꝫ intellectiuā· Error igit̄ p̄tact⁹ detra
ctat⁹ est a quodā Berlēgario Rome coraꝫ·c·xiii·ep̄is ut hēt̄
de ɔse·di·ii·ī·c·Ego Berlēgari⁹ Jō catholice dd̄ est s̄m Fran̄

de marone in quodam sermone de corpore xp̄i q̄ sub specie pa
nis que videtur in hostia quatuor creduntur Prīo quidē cre
ditur ibi esse corpus xp̄i ex vi verboruz qr verba ɔsecracionis
de solo corpore faciunt mencionem. Scdo est ibi sanguis xp̄i
ex concomitancia immediata qr sanguis īmediate dispōit cor
pus ad vitam. Tercio est ibi anima xp̄i ex ɔcomitancia ꝓpinq̄
qr licet anima non viuificet corp9 nisi mediante sangume tam̄
pertinet ad eandem naturam et ideo ɔcomitatur ipsum ꝓpin
que Quarto est ibi diuinitas verbi ex ɔcomitancia remota qr
licet diuinitas cum tribus precedentibus faciat vnum suppositum tamen non ꝑtinet ad vnam naturaz. Similr̄ eciā in calice
ista quatuor esse creduntur. sed alio ordine. Primo est ibi sā
guis ex vi v̄borū ꝓ eo q̄ v̄ba ɔsecracōis calicis de solo sang̃
ne faciunt mencionem. Scdo est ibi corpus ex ɔcomitancia im
mediata qr corpus sanguinis est immediatum receptaculum.
Tercio est ibi aīa ex concomitancia ꝓpinqua qr ꝑtinet ad eād
naturam humanam. Quarto est ibi diuinitas ex concomitācia
remota qr non pertinz ad eandem naturam q̄uis ad idem sup
positum Et ista quatuor significauit saluator noster ibi esse. d.
Jo. vj. Ego sum panis per hoc dans intelligi corpus. Et sub
iungit viuus per hoc denotans animaz per quam corpus viui
ficatur et qr anima sine corporeo sanguine viuificare non po
test ideo subintelligitur hic sanguis Deinde addit qui celo de
scendi ꝓpter diuinitatem. Quare tot9 xp̄c continetur sub spē
panis et totus sub specie vini Secundo ad ostendendam veri
tatem sacramenti facit auctoritas sacrorum conciliorum Scri
bitur em̄ extra de cele. mis. in. c. cuz marthe. Dicitur hoc sacra
mentum mysterium fidei qm̄ aliud ibi creditur q̄ cernatur et
aliud ibi cernitur q̄ credatur. species panis et vini cernit̄. et
creditur veritas carnis et sanguinis xp̄i. et in. c. j. de sum. tri
et fi. ca. sic scribitur Vna est fideliuz vniuersalis ecclesia extra
quam nullus omnino saluatur in qua idem ipse sacerdos est et
sacrificium Jhesus cristus cuius corpus et sanguis in sacram̄
to altaris sub speciebus panis et vini veraciter continetur
trāssubstanciatis pane in corp9 et vino ī sāgumē v̄tute dīna
ut ad ꝑficiēd mysteriū vnitatis accipiam9 ipsi de suo qd acce
pit ipse de nostro. Sed ꝓpter dicta in preallegato capitulo
Cum marthe notanda sunt s̄m Franciscuz de marone quatuor
documenta. Primum q̄ in hoc sacramento ꝓprie non videtur
xp̄c oculo corporali qr accedencia que ibi cernuntur non sunt

in corpore xpi sicut in subiecto Et si queratur quare xpc i hoc sacramento corpus suum dedit nobis velatum sub accidentibz respondeti potest q id fecit ppter quatuor raciones· Prima est ppter humilitatē ut·s·homines in hoc sacramento humilia rentur credentes ea que sunt supra intellectum in hoc eñ saç mento valde necessaria est captiuacio intellectus in obsequiū xpi· Secda racio est ppter fidelitatez ut scilz fides habeat meri tum q ut Grego·dicit in omelia ffides non habz merituz vbi humana racio prebet experimentū· Tercia racio est propter indignitatem sez quo ad malos qui indigni sunt clare conspi cere corpus dñi Jhesu xpi· Quarta racio est ppter imbecillita tem quo ad omnes q claritatē corpis Jhesu xpi nullus viator naturaliter posset inspicere Secundum documentuz q lz ꝑ prie ibi non videatur xpc tamen non errant fideles qui dicūt dommuz se vidisse in manibus sacerdotis q nullus errat cuiꝰ verba possunt verificari eo modo quo verificatur sc̄ptura di uina in qua dicitur q aliqui viderunt deum oculo corporali si cut de Moyse dicit Vidi dominum cernendo corporalez rubū Exo·iii·sed non q ibi viderit diuinitatem· sed q dñs assistebat illi rubo et ita corpus xpi suo mō assistit speciebus quem hoc sacramēto cernuntur· Tercium documentuz q in hoc sacramē to adoracō non est dirigenda ad illud qđ cernit sed ad illud qđ creditur q tm illud est dignuz adoratōe· Quartū docume tum q ante opleta verba consecracōis hostia non est adoran da donec eleuatur a sacerdote vel adoratur q nondum ibi cō stat esse corpus xpi· Tercio ad oñendam veritatē sacramēti sunt auctoritates sanctorum doctorum Ex quibus omnibꝰ q tuor tantum inducemus nominatissimos et famosos doc·scilz Ambro·Aug·Grego·ꝫ·Jllariuz·Ambroꝰ·eñ in libro de saç mentis et ponitur de ose·di·ii·in·c· Panis ait ·Panis est in altari vsitatus ante verba sacramentoruz vbi aut accessit con secracio de pane fit corpus xpi· Et idem in li·de officiis et ha betur in·c·ante bñdictionē de conse·di·ii·añ benedictionem· alia spēs nominat post bñdictionē corpus significatur Et iđ de conse·di·ii·in·c·Reuera ait hoc q oficiuꝰ corpus ex ꝟgi ne est Et idē de conse·di·ii·c·Omnia ita pulcre loquit Oia q cumq voluit dñs fecit i celo et in terra·et q voluit sic factū est·Jta licet figura panis et vini videatur nichil tamen aliud q caro xpi et sanguis post ꝺsecracōz credēda sūt Vñ ipa ve ritas ad discipulos hoc inquit·Caro mea est pro mundi vita

Et ut mirabilius loquar non alia plane q̃ que nata est de Ma
ria et passa est in cruce et resurrexit de sepulcro Et Aug9. de
conse. di. ii. c. Nos autem dicit Nos autem in specie panis ⁊ vi
ni quā videmus res inuisibiles idest carnem ⁊ sanguinem hono
ramus Et idem in. c. Non omnis panis sed accipiens benedicti
onem cristi fit corpus cristi. Et idem in epistola ad Hyreneuz
Perfectus panis de celo corpus est ex virgine Grego9. autē
in omelia pascali et habetur in. c. quid sit de consec̃. di. ii. Mi
sterium fidei dicitur q̃ credere debes q̃ ibi salus nostra consi
stat prouidens em̄ nobis dominus dedit hoc sacramentuz salu
tis ut qꝛ nos quottidie peccamus. et ille iam mori non potest
per illud sacramētum remissionem consequam̄. Quottidie eniz
ipse comeditur et bibitur in ueritate sed integer et viu9 atq̃
immaculatus permanet Et ideo magnum et pauenduz misteri
um est qꝛ aliud videtur ⁊ aliud intelligitur. Illarius adhuc de
conse. di. ii. c. Corpus ita loquitur Corpus xp̄i qd̄ sumitur de
altari fugura est dum panis et vinum extra videtur veritas.
autem dum corpus et sanguis xp̄i in veritate interius credit̃
Confiteri igitur debemus et indubie credere dominum Ihesū
cristum in sacramento altaris vere et realiter contineri

¶ Nd̄ racionibus fidelibus ꝓbari potest etsi non demonstrati
uis veritas carnis ⁊ sanguinis xp̄i in sacrō eucaristie ¶ Ca. ii.

Secundo probāda est veritas corporis et sanguinis cri
sti in sacramento admirabili eucaristie per raciones nō
quidem naturales et demonstratiuas sed fideles ac per
suasiuas et colligi possunt principaliter tres. Prima dꝛ distā
tiua. Scd̄a conceptiua. Tercia comitatiua Prima dꝛ distanti
ua. maior em̄ distancia est ut dicit Boñ. di. x. quarti inter ens
et ñ ens q̃ int̃ ens ⁊ ens Si g̃ deus potuit de nihilo ꝓducere
oīa q̄ sunt ī celo et in terra. Cur ñ poterit mutare vnum ens ī
aliud ens et conuertere panem in carnē et vinū in sanguinem
ideo Ambro. in li. de sacram̄tis ait. De tocius mundi operib9
legistis qꝛ ip̄e dixit et facta sunt ipse mandauit et creata sūt.
Sermo igit̃ qui potuit ex nihilo facere qd̄ non erat nō poterat
ea que sunt in id mutare quod non erat. Non est em̄ minus da
re q̃ mutare nouas naturas rebus Secunda racio dicitur ꝯce
ptiua Si corpus xp̄i supnaturalr̃ ⁊ mireculose potuit a virgi
ne ꝯcipi cur non poterit in sacram̄to ex miraculo realr̃ ꝯtieri.
Ideo ait Ambrosius vbi supra. Quid hic queris nature ordi
nem in cristi corpore cū p̄ter naturā sit ip̄e dn̄s nat9 ex v̄gie

Sz non ī merito dubitari pt utrū nobilior sit virtus transsub
stāciādi panem in carnem q vinū in sanguinē xpi virtute vir
ginis ipm cōcipientis. Et nonnulli tenere voluerunt q sic tñ
quia sacerdos ofcit corpꝰ xpi pauciorib9 verbis q̄z concepit
virgo. tū quia virtꝰ cōcepcōis i virgine terminata ad corpꝰ
xpi ipassibile et ī mortale. Contra istos tñ sic asserentes dicit
Boñ. di. x. q̄rit q duplicit est loqui de virtute trāssubstanci
ante et de ocipiente vno modo put sunt in suo fonte et p̄mo
principio ut dicat virtus cōcipiendi que operata est ocepcōz
principalit et ꝓpria auctoritate et sumitur virtus trāsubstan
ciandi et sic non est cōparacio scdm magis et minꝰ ī se cum sit
cum sit vna et eadē virtus diuina non itensa nec remissa. Sed
si ipa cōparet ad manifestacionez factā p hos effectꝰ iudican
dum est q se habēt sicut excedēcia et excessa Licet em vtrūq
sit nobilissimū et ostendat potēciam esse summā in cōcepcōe
tñ magis laudat maiestas diuina et in trāsubstāciacōe magis
captiuatur racō nostra Scdo mō pssumꝰ loqui de hac duplici
virtute put dicitur omunicari creature scdm q dicitur q vir
gini data est p̄tas cōcipiēdi et sacerdoti p verbum potestas
conficiendi Et sic loquendo simplr. virtus cōcipiendi dignior
excellencior et nobilior est. tum qr subiectuz magis nobilitat
maius em est esse matrem dei q̄ esse sacerdotem. tum qr actio
est singularior et preclarior. maius em est ocipere q̄ ofi cere.
qr termīus actionis plus accipit a concipiente matre q̄ a ofi
ciente sacerdote. Accipit em a matre humanitatē et esse. in cō
secracōe vero corporis xpi non accipit esse. Idcirco rñdēdum
est his qui contrariuz tenere voluere. d. virginem concepisse
xpm me diātibus pluribus verbis q̄ sacerdos conficiat Quos
nescio si insanos aut ignorātes nominē eo q oparacō illa nul
la est qr verba sunt de necessitate consecracōis non aut ocepci
onis. vnde si sacerdos nunq̄ proferret verba nunq̄ consecra
ret. beatissima autem virgo non concepit xpm ex vi verboruz
sed ex merito virtutum suaruz ob qd̄ poīto q cum dixit. Ecce
an. d. obmutuisset remanētibz in ea tñ virtutib9 supradictis
adhuc concepisset xpm Simlr male intelligunt qui virtutem
trāssubstanciandi hoc modo perferunt virtuti concipiendi.
qr illa termīatur ad corpus impassibile et immortale. aī. Saz
arguunt quasi corpus xpi consecrarōe fieret. sed certe non fit
nam non fit eius humanitas qr facta est in concepcione nō fit
gloria corporis qr facta est in resurrectione non fit perfecta.

quia etas .xxxiii. annorum spacio est perfecta Vnde argumentum deficit vt dixmus qz arguit ac si faceret sed per consecracionem nichil nouum fit sed hoc soluz fit ut qđ erat in celo perfectum et glorioſum idem ſine mutacõe ſui fit in ſacramento virtute tranſſubſtanciandi. Tercia racio manuducens nos ut firmiter credamus corpus xp̃i esse in sacramento altaris dicit̃ commutatiua nam legimus ſepius fuiſſe per diuinam virtutez immutatam naturam. Ideo Ambro. in. c. Rreuera de cõſec. di. ii. inquit. Forte dices. aliud video quõ tu michi aſſeris q̃ corpus xp̃i accipiam Et hoc nobis adhuc ſupereſt ut probemus. quantis igitur vtimur exemplis. ut probemus hoc non esse qđ natura formauit. ſed qđ bñdictio cõſecrauit maiorẽq; vim esse bñ dictiõis q̃ nature qz benedictione ecia natura ipſa mutatur. Virgam tenebat Moyſes proiecit eam. et facta est serpens Rurſus apprehendit caudam ſerpentis et in virge naturam reuertitur Vides ergo ꝓphetica gracia bis mutatam esse naturam et ſerpentis et virge. Currebãt egiptii flumina puro meatu aquarum. ſubito de fontium venis ſanguis cepit erũpere non erat potus in fluuiis. Rurſus ad ꝓphete preces cruor ceſſauit flumina aquarum natura remeauit Circumcluſus vndiq; erat populus hebreorum. hinc egipcijs vallatus inde mari clauſus Virgam leuauit Moyſes ſepauit ſe aqua a in murorum ſpeciem ſe congelauit atq; inter vndas via pedeſtris apparuit. Jordanis retrorſum conuerſus contra naturam in ſui fontis reuertitur exordium. Nonne claret naturam vel maritimorum fluctuum vel fluuialis curſus esse mutatam. Siciebat populus pũz. tetigit Moyſes petram a aqua de petra fluxit Nunquid non preter naturã operata est gracia ut aquã vomeret petra ñ quã habebat natura Marath fluuius amariſſimus erat ut ficiens populus bibere non poſſet. miſit Moyſes lignũ in aquam et amaritudinẽ ſuam aquarum natura depoſuit quaz infuſa ſubito gracia tempauit. Sub Elyſeo ꝓphete vni ex filiis ꝓphetarum excuſſuz est ferrum de ſecuri. et ſtatim immerſum. Rogauit Elyſeum qui amiſerat ferrũ Miſit eliſeus lignũ in aquam et natauit ferum. vtiq; et hoc preter naturaz fẽm eẽ cognouim9. Grauior est ferri ſpecies q̃ aquarũ liquor Aduertimus ergo maiorem esse graciam q̃ naturam et adhuc tamẽ ꝓphetice bñ dictionis miramur graciam. q̃ ſi tantuz valuit humana bñ dictio ut naturam ouerteret quid dicemus de ipſa cõſecracõe diuina vbi ipſa verba domini ſaluatoris opanť Nam

sacramentum istud quod accipis cristi sermone conficitur. hec Ambro. Nui i talib9 et similibus exēplis nobis oñdit quanta potest magnus et excelsus deus cuius potestati atq; virtuti immense et infinite ascribuntur omnia miracula sacramenti altaris Nualiter miracula et exempla operata in sacramento altaris oñdunt vere ibi esse corpus xp̄i

Capi. iii.

Tercio probanda est verritas sacramenti per exēpla Nā deus bñdictus et si non semp qñq; tamen ad ɔfusionez cordium inflatoruz multa de hoc sacramento oñdit mira atq; stupenda. Inter que illud vnum est celeberrimū ac mēoria dignum quod euenit dum sanctus Antoni9 de Padua Arimini predicabat ibi nanq; hereticus quidaz aderat qui male sēciebat de corpore xp̄i at in contemptum corporis xp̄i hostias non consecratas sepius asino suo prebebat in cibuz. Cum vero hoc innotuisset Antonio fidei defensori acerrimo illum ad se vocatum dure redarguit veritatemq; sacramenti ei fideliter psuasit. Cuz vero ille ptinax in suo sensu maneret assereretq; asinum suum per sepe tali cibo fore depastum conuenit cum eo Antonius ut de hoc experiencia fieret. et per dies tres asinus sine cibo transiret et die tercia Antoni9 in foro celebrata missa et reseruato sacramento illud intra hostias non consecratas reponeret atq; illo modo asinus famelicus inuitaretur ad pabulum. Nnod cum factum fuisset coram multitudine maxima animal illud appropinquans sporte in qua corpus xp̄i itra hostias non consecratas reuerenter reconditum erat ex miraculo dei cognouit dominū suum et caput et pedes inclinans humiliter adorauit neq; cura sibi fuit de cibo quo indigebat. Cūq; verberibus ab illo heretico angeret̄ traheretur ꝛ volueretur semper faciebat ut prius. Ob quod hereticus ille et alii q̄plurimi omni errore deposito ad veram fidem redierunt. Antonius autem deo gracias referens sacramentū honorifice in loco debito posuit et cōseruauit. De multis eciā ɔpertū ē q̄ ex p̄uilegio spāli corp9 xp̄i viderūt aut in spē pueri aut carnis aut sanguinis Nd fit secundum Tho. iii. parte. q. lxxvi. per immutacionem oculorum eoruz qui sic vident quorum oculi immutātur ac si expresse viderent exterius carnem aut sanguinē l' puerum nulla transmutacōe facta ex parte sacramenti. Nuod pz ex eo qr aliis videtur sub specie panis. nec tamen id pertinet ad aliquam decepcionē qr talis species diuinitus formatur in oculo ad aliquam veritatē figurandam ad hoc. s. q̄ maīfestet̄

vere corpus cristi esse sub hoc sacramento sicut eciam crist9 ab
sq3 decepcione apparuit discipulis euntibus in Emaus. Dicit
em̄ Aug9. in li. qō num euangelii. q̄ cū fictio nostra refertur
ad aliquā significacōnez non est mendaciuz sed aliqua figura
Sunt itaq3 multa hui9 sacramenti p̄clarissima testimonia que
tamen omnia si deessent sufficere nobis debet verbū xp̄i. d. h̄
est corpus meuz de quo dicere possumus q8. Isaac dixit dum fi
lium tangebat Vox quid vox. Jacob est sed man9 sunt Esau nā
in tactu et in odoratu. Esau cum reputabat in voce tamen
Jacob eum confitebatur Sic in hoc admirabili sacramento sen
sibus nostris. s. visui adoratui gustui et tactui accedencia pa
nis se offerunt sed ip̄i auditui veritas carnis cristi. O igitur
ineffabile sacramentum O inexpugnabile signum amoris. Jhu
xp̄i O deniq3 triumphale priuilegiū nobis exhibitum Non. n.
est aut fuit aliqn̄ tam grandis nacio que habeat deos appropī
quantes sibi sicut adest nobis deus noster. Ergo omni deuoci
one qua possumus celebremus hui9 sacram̄ti mysteria quo no
bis adueniat gracia ⁊ tandem perennis ⁊ eterna gloria ī qua
ipse dn̄s Jhesus viuit et regnat cum patre et spū sancto p̄ in
finita. s. s. ¶ Feria. iiii. ebdomade sancte de sac̄mēto eucari
stie ad q8 deuote suscipien8 fideles īvigilare dn̄t Sermo. lxv

Accepit panem et gracias agēs fregit et dixit Accepite
et manducate hoc est corpus meū quod pro vobis tra
detur. hoc facite in meam ꝯmemoracōz Doctoris gen
cium verba sunt ista. i. Cor. xi. c. Satis vtile et proficuuz esse
arbitratus suz si adhuc de sacramento ineffabili eucaristie nō
nulla dixero qm̄ q̄tomagis illius p̄conia fidelib9 innotescūt
tanto ardencius excitantur ad illius vsum deuotamq3 suscep
cionem. Idcirco preterea que dicta sūt adhuc videbimus que
dam non in merito de hoc bn̄dicto sacramento dilucidanda p̄
ponemus itaq3 tria principalia misteria que apostolus in ver
bis preallegatis explicauit et annotauit videlicz. Primum di
citur transsubstanciacionis. Secundum manducacōis Terciū
consecracionis. ¶ De transsubstanciacione panis in carnē
et vini in sanguinem cristi. et de condicionibus admirandis
ipsius transsubstanciacionis. ¶ Capitulum. i.

Primum misterium annotatum ab apostolo dicitur trās
substanciaciōis. qr cristus panem accipiens et gracias
agens panem illū bn̄dixit et ꝯsecrauit conuertitq3 sub
stanciaz eius in substanciaz corporis sui. sic ⁊ in sacram̄to isto

substancia panis in substanciam corporis cristi et substanciaꝫ vini in substanciam sanguinis eius vere ꝯuertitur Ad qꝺ plenius intelligendum quatuor sunt dubia declaranda Primum vtrum in consecracione sit vera transmutacō siue ꝯuersio panis in corpus cristi·an panis simul maneat cuꝫ corpore·ad qꝺ respōdet Alex·in ·iiii·su·volumīe ꝙ aliqui errantes dixerūt ꝙ in hoc sacramento non est aliqua conuersio sed ad prolacionem verboꝝ sine cōuersiōe aliqua fit diuina virtute ut corpꝰ cristi sit ibi Tamen hec poficio est coutraria sanctorum auctoritate ut patet·Est eciam contra congruitatem sacramenti diminuitqꝫ vtilitatē meriti·Nam multiplex racio est quare cōgruit ut panis cōuertatur in corpus xp̄i et non maneat simul Prima est vitacio ydolatrie·Si em̄ sub sacramento maneret panis fortassis quandoqꝫ indistincte adoraretur cum domio· Secunda racio est efficacior deductio ad ipsum cristum cōprehendendū·Species·n·panis que modo deducit immediate ad dominum xp̄ꝫ cōprehendendum et vescenduꝫ tunc mediate deduceret qꝛ primo deduceret ad ꝯprehensionē panis ⁊ post ad comprehensionem dn̄i·Tercia rō est sp̄ualior refectio·mō·n· illa refectio est sp̄ualis omnino tunc esset eciā carnalis qꝛ tūc cibus carnalis assumeretur et non solum sp̄ualis·Quarta racō est veritatis insinuacio·s·ut credatur ꝙ sit tantum cibi anime et non corporis·et ꝙ hoc cibo fit vnio sp̄ualis non corporalis Opinio ad hoc pretacta minuit vtilitatem meriti qꝛ ponēdo ꝙ accidencia non possunt esse sine subiecto innitendo racionibus humanis meritum fidei diminuit·Ideo dꝺ ꝙ tota substancia panis conuertitur in substanciam corporis xp̄i remanentibus accidentibus sine subiecto·Secundum dubium declarādū vtrum in ista conuersione annichiletur substancia panis ⁊ ad hoc respondet Ric·in·iiii·di·xj·d·ꝙ q̄uis post conuersioneꝫ sustancie panis in substanciaꝫ corporis cristi nichil de substācia panis remaneat tamen qꝛ substancia corporis cristi in quā conuersa est aliud est ānichilata nō est vnde substancia pāis non est in nichilum redacta sed ī melius ꝯmutata·s·in corpꝰ cristi Non tn̄ ꝟm Alex·de pane illo accepit esse corpus cristi· sed ip̄a essencia panis sine oī mutatacōe facta in corpus cristi mutatur in illud·Ideo Vgo li·ii·de sacramentis ꝑte·viii·c·ix ait Non sic corpꝰ cristi in pane consecrari dicimus ut de pane corpus cristi eē accipiat nec·q·corpus nouum subito factū de mutata essencia·sed in ipsum verum corpus mutataꝫ eēuciam

nec ipsam substanciam panis et vini in nichilum redactam qꝛ
desiit esse quod fuit sed mutatam pocius qꝛ cepit esse aliud qđ
non fuit Tercium dubium declarandum vtrum illa conuersio
fiat in instanti vel successiue Et respondet Ric·vbi sup̄ ꝙ fit
in instanti qꝛ ut accipi potest a cōmētatore·iiii·meta·Omnis
successio in mutacōe causatur vel ex resistencia mobilis ad mo
torem vel medii ad motorem vel rōne vtriusqꝫ·et puto ꝙ sub
resistencia ipsius medii debeat comp̄hendi diuisibilitas spacii
per compacionem ad limitacōꝫ virtutis in motore · Vn̄ q̄uis
corporale mediuꝫ angulo non resistat tn̄ qꝛ limitate virtutis
est non posset se transferre ab oriēte in occidentem ꝑtrāseun
do spaciū in instanti·Virtus autem conuertens substanciā pa
nis in corpus xp̄i non est limitata·illa·n·conuersio fit ꝑ virtu
tem diuinam que infinita est nec sibi resistit substancia panis·
qꝛ tota natura perfecte subditur virtuti diuine nec est aliqđ
medium per quod ista conuersio fiat·hoc enī non habet locum
proprie loquendo nisi de mutacione locali ·Panem enī nō esse
corpus xp̄i nihil positiuuꝫ dicit·et tn̄ si esset medium nō opor
teret ꝙ causaret suscepcionē in diuina operacione Deus enim
vnum lapidem transferre posset ab oriente in occidentē ꝑ to
tum medium in instanti·non·n·oportet ꝙ diuisibilitas medii
causet suscepcionē in mutaciōe nisi cū hoc mutans sit limitate
virtutis·Quartuꝫ dubiuꝫ declarandū·vtrum virtus transub
stāciatiua principalius respiciat sacerdotē q̄ verba Et rn̄ det
Ric·dis·viii·quarti ꝙ virtus p̄dicta principalius respicit sa
cerdotez qꝛ qn̄ dn̄s operatur aliquē effectuꝫ mediante instru
mento animato cuiusmodi est seruus ꝫ Ph̄m p̄mo politicorū
et inanimato virtus dn̄i p̄ncipalius respicit instrumentū ani
matum q̄ inanīatuꝫ·In transsubstāciacōe aut̄ sacerdos se hꝫ si
cut instrumentuꝫ animatuꝫ et verba sicut inanīatuꝫ·Ideo vt9
domini principaliter operantis principalius respicit sacerdo
tem q̄ verba Secunda racio est qꝛ quando plura instrumen
ta per ordinem se habencia concurrunt ad eundem effectum
ut manus et penna ad scripturam virtus principalis motoris
principalius respicit illud instrumentuꝫ quod est sibi ꝓpinqui
us et mediante quo aliud instrumentuꝫ mouetur Vnde virt9
scribentis principalius respicit manum q̄ pennam · Ad trans
substanciacionez autem concurrunt plura instrumenta ꝑ ordi
nem se hn̄cia·s·sacerdos et v̄ba quorum sacerdos ē ꝓpiquior
principali agenti qꝛ sibi est similior et eius repn̄tat personaꝫ

Est eciaz prolationis verborum causa. Ideo virtus transsubstā
ciatiua principalius respicit sacerdotem q̄ verba Tercia ra
cō est qr virtus transsubstanciatiua sacerdotem respicit per
manēte racione caracteris qui in sacerdote permanet. verba
autem sicut sunt transeuncia respiciunt transeuntem non per
aliquez transitū ex parte virtutis prout est in principali agē
te sed per transitum ipsorum verborum s̄m quid. Tamen predi
cta virtus respicit principali9 verba q̄ sacerdotē inquantū
magis de ꝓpinquo se habent ad effectum q̄ sacerdos s̄m quē
modum eciam dici potest q virtus scribentis principali9 re
spicit pennam q̄ manum ¶ De multiplici māducacōe corpis
xp̄i et de dubiis que cc̄ illā hēri pn̄t ¶ Capitulū. ii.

Secundū mysterium q8 annotauit apostolus in themate
dicitur manducacōis asserens q8 xp̄c dixit Accipite et
manducate hoc est corpus meum Ad q8 pleni9 intelli
gendum quatuor sunt dubia declaranda. Primū quot sunt
modi manducandi corpus xp̄i. Et rn̄det magister in. iiii. di.
ix. q est duplex. vnus sacramentalis alius spiritualis. Nue di
stinctio s̄m Bon̄. oritur vnomō a disposicōe sumenciū qr qui
dam accedunt male dispositi et hi māducāt sacramentaliter.
quidam bene et hi sp̄ualr. Secundo accipitur a modo sumēdi
qr quidam suscipiunt ore corporis et non cordis et hi sacram̄
taliter. quidaz vero ore cordis et hi sp̄ualiter. Comedere igi
tur sacramentum spiritualiter est illud suscipe cum fide infor
mata caritate. Comedere autem sacramentaliter est illud su
scipere cum fide sine caritate. qui manducāt sacramentaliter
tm̄ suscipiūt sacramentum s̄z n̄ effectum illius. qui vero mā du
cant spiritualiter effectum gracie consequuttur Secundum
dubium vtrum mali sumāt corpus xp̄i veraciter. Et respondz
Tho. iii. parte. q. lxxx. et Bon̄. in. iiii. di. ix. q circa hoc quid
antiqui errauerunt. d. q corpus xp̄i verum a malis non sumit̄
qr non decet tantam maiestatem et carnem tam sanctam a pu
ram in corpus peccatis subditum introire. Ideo asserebant q
corpus xp̄i verum a speciebus absceder et ex quo peccator ip̄z
labiis et ore polluto contingeret Sed hoc est erroneum eo q
manentibus speciebus corpus xp̄i sub eis esse non definit. spe
cies autem manet q̄diu substancia panis maneret et sibi ades
set. Manifestum est autē q substancia panis assumpta a pec
catore non statim esse definit sed manet q̄diu per calorem na
turalem digeratur. Vnde tamdiu corpus xp̄i sub speciebus

